1. ROSMARINUS. *Hort. cliff. 14. Hort. ups. 11. Mat. officinalis. med. 16. Roy. lugdb. 310.*

Rosmarinus spontaneus, latiore folio. *Bauh. pin. 217.*

- β. Rosmarinus hortensis, angustiore folio. *Bauh. pin. 217.*

Habitat in Hispania, G. narbonensi, Galilæa. h

SALVIA.

1. SALVIA foliis lineari-lanceolatis denticulatis, floribus *ægyptiaca* petiolatis. *Hort. cliff. 13. * Roy. lugdb. 309.*

Horminum ægyptium minimum ramosissimum. *Lippi.*

Boerb. lugdb. 1. p. 66.

Habitat in Ægypto.

2. SALVIA foliis lanceolatis, calycibus diphyllis. *cretica.*

Habitat in Creta.

3. SALVIA foliis radicalibus lyratis dentatis, corollarum *lyrata* galea brevissima.

Salvia corollarum labio superiore brevior; fauce patente. *Gron. virg. 8.*

Horminum virginianum erectum, urticæ foliis, flore minore; *Moris. hist. 3. p. 395. f. II. t. 13. f. 31.*

Habitat in Virginia.

4. SALVIA foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, *officinalis* floribus spicatis, calycibus acutis. *Hort. cliff. 12. Hort.*

ups. 10. Mat. med. 13. Roy. lugdb. 307. Sauv. mons. 143.

Salvia major. *Bauh. pin. 237.*

- β. Salvia minor aurita & non aurita. *Bauh. pin. 237.*

Habitat in Europa australi. h

- pomifera.* 5. SALVIA foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus spicatis, calycibus obtusis. *Hort. cliff.* 12. *Roy. lugdb.* 307.
Salvia cretica frutescens pomifera, foliis longioribus incanis & crispis. *Tournef. cor.* 10. *itin.* 1. p. 92. t. 92.
Salvia baccifera. *Bauh. pin.* 237.
Habitat in Creta.
- urticifolia.* 6. SALVIA foliis ovato-oblongis duplicato-ferratis, calycibus tridentatis: lacinia summa tridentata. *Gron. virg.* 8.
Horminum virginianum erectum, urticæ foliis, flore minore. *Moris. hist.* 3. p. 395. f. II. t. 13. f. 31.
Habitat in Virginia.
- viridis.* 7. SALVIA foliis oblongis crenatis, corollarum galea semi-orbiculata, calycibus fructiferis reflexis.
Salvia foliis ovato-oblongis obtusis æqualiter crenatis, corollarum galea semi-orbiculata. *Hort. ups.* II. *
Horminum coma viridi. *Tournef. inst.* 178.
Habitat - - - - - ⊙
- Horminum.* 8. SALVIA foliis obtusis crenatis, bracteis summis sterilibus majoribus coloratis. *Vir. cliff.* 4. *Hort. cliff.* 12. *Mat. med.* 14. *Roy. lugdb.* 310.
Horminum fativum. *Bauh. pin.* 238.
Habitat in Græcia, Apulia, ⊙
- Sylvestris.* 9. SALVIA foliis cordato-lanceolatis acutis, bracteis coloratis flore brevioribus.
Horminum sylvestre salvifolium majus maculatum. *Bauh. pin.* 239.
Horminum sylvestre v. *Clus. hist.* 2. p. 31.
Horminum sylvestre salvifolium minus. *Bauh. pin.* 239.
Habitat in Austriæ inferioris, Bohemiæ agrorum marginibus, vineis. 4
- hæmatodes.* 10. SALVIA foliis cordato-ovatis rugosis tomentosis, calycibus hispida, radice tuberosa. †
Horminum sanguineum, asphodeli radice. *Triumph. obs.* 69. t. 69.
Horminum sylvestre maculatum tuberosum. *Honuphr.*
Horminum sylvestre majus hæmatodes glabrum, flore cæruleo, italicum. *Barr. rar.* 234. t. 185.
Habitat in Italia.
Habitus Phlomidis & teneritudo Salviæ; Calyces pilis rectis, exstantibus undique hispida sunt.

11. SALVIA foliis cordato-oblongis crenatis: summis *pratensis*, amplexicaulibus, verticillis subnudis, corollis galea glutinosis.
 Salvia foliis ovatis inciso-crenatis, verticillis subnudis. *Hort. cliff.* 12. *Flor. suec.* 28. *Hort. ups.* 10. *Roy. lugdb.* 310. *Dalib. paris.* 10.
 Horminum pratense, foliis ferratis. *Bauh. Pin.* 238.
 β. Gallitrichum sylvestre, flore majore albo. *Bauh. hist.* 3. p. 312.
 Varietas β differt foliis latioribus, obtusioribus, magis canescentibus; floribus albis galea dimidio minore, serius florentibus.
12. SALVIA foliis cordatis obtusis crenatis subtomentosis, corollis calyce angustioribus. *dominica.*
Habitat in Domingo.
13. SALVIA foliis ferratis sinuatis, corollis calyce angustioribus. *verbenaca.* *Virid. cliff.* 17. *Gron. virg.* 8. *Roy. lugdb.* 309. *Dalib. paris.* 9. *Sauv. monsp.* 278.
 Salvia foliis pinnatim incisiss glabris. *Hort. cliff.* 12.
 Horminum sylvestre, lavendulæ flore. *Bauh. pin.* 239?
 Horminum sylvestre, inciso folio, parvo flore, italicum. *Barr. ic.* 220. 208.
 Horminum verbenacæ laciniis angustifolium. *Triumpf. obs.* 66. t. 66.
Habitat in Europæ pascuis. 4
14. SALVIA foliis obtusis erosiss, staminibus corolla duplo longioribus. *pyrenaica.* *Roy. lugdb.* 309.
 Horminum pyrenaicum glutinosum anguriæ folio. *Herm. parad.* 187. t. 187.
Habitat in Pyrenæis,
15. SALVIA foliis ovatis utrinque acuminatis ferratis. *mexicana.* *Hort. cliff.* 13. *Roy. lugdb.* 308.
 Sclarea mexicana altissima, facie heliotropii. *Dill. elth.* 339. t. 254. f. 330.
Habitat in Mexicæ bumentibus. 5
- 16 SALVIA foliis ovatis basibus mucronato-tuberosiss, spicis imbricatis, calycibus trifidis. *hispanica.*
 Horminum sylvestre, lavendulæ flore, *Bauh. pin.* 239?
 Sclarea hispanica. *Tabern. hist.* 764. *ic.* 374.
Habitat in Italia. D. Rathgeb; in Hispania. Læfling. ☉
 Caulis sesquipedalis, tetragonus, obtusus, quadrifurcatus, *super-*

superne pilis reflexis albis vestitus. Folia ovata, acuta, rugosa, serrata, basi acuta; petiolis basi utrinque obtuso mucrone prominentibus. Spica tetragona, imbricata Bracteis ovatis, longitudine calycum, ciliatis. Calyces sub singula squama sæpe 5, ore tridentati, acuti, dente superiore solitario; inferioribus duobus. Corolla cerulea: limbo longitudine calycis: galea brevior subvillosa; labio inferiore trifido, obtuso, integerrimo, basi maculis 2. pallidis.

indica.

17. SALVIA foliis cordatis acute crenatis: summis sessilibus, verticillis subnudis remotissimis. Roy. lugdb. 15. Sclarea indica, floribus variegatis. Tournef. inst. 179. Habitat in India.

verticillata.

18. SALVIA foliis cordatis crenato-dentatis, verticillis subnudis, stylo corollarum labio inferiore incumbentibus. Hort. ups. 11. *
Salvia foliis cordato-sagittatis dentatis. Hort. cliff. 495. Roy. lugdb. 309
Horminum sylvestre latifolium verticillatum. Baub. pin. 238.
Habitat in Austriæ, Misniæ cultis & ruderatis. ☉

glutinosa.

19. SALVIA foliis cordato-sagittatis ferratis acutis. Hort. cliff. 13. Hort. ups. 11. Roy. lugdb. 308. Sauv. monsp. 146.
Horminum luteum glutinosum. Baub. pin. 238.
Habitat in Europæ lutosis. ♀

canariensis.

20. SALVIA foliis hastato-triangularibus oblongis crenatis obtusis. Hort. cliff. 13. Hort. ups. 10. Roy. lugdb. 308.
Horminum canariense tomentosum, hastato folio. Moris. hist. 3. p. 394. f. 11. t. 13. f. 17.
Habitat in Canariis. ♀

afr. cerulea.

21. SALVIA foliis subrotundis ferratis: basi truncatis dentatis. Hort. cliff. 13. Roy. lugdb. 308.
Salvia africana frutescens, folio scorodoniæ, flore violaceo. Comm. hort. 2. p. 181. t. 91.
Habitat ad Cap. b. spei, locis argillosis. ♀

afr. lutea.

22. SALVIA foliis subrotundis integerrimis: basi truncatis dentatis. Hort. cliff. 13. Roy. lugdb. 308.
Salvia africana frutescens, folio subrotundo glauco, flore magno aureo. Comm. hort. 2. p. 183. t. 92.
Habitat ad Cap. b. spei juxta rivulos ♀

23. SAL-

23. SALVIA foliis rugosis oblongo-cordatis ferratis, floralibus calyce longioribus concavis acuminatis. *Hort. cliff.* 12. *Hort. upf.* 10. *Mat. med.* 15. *Roy. lugdb.* 309. *Dalib. paris.* 9. *Sclarea.*
 Salvia foliis cordato-ovatis obscure undulatis, foliolis floralibus lanceolato-concavis. *Guett. stamp.* 263.
 Horminum *Sclarea* dictum. *Bauh. pin.* 238.
Habitat in Syria, Italia. ♂
24. SALVIA foliis rugosis pinnatifidis lanatis. *ceratophylla.*
 Salvia foliis simplicibus dentato-pinnatis asperis. *Hort. cliff.* 13. *Roy. lugdb.* 308.
 Salvia foliis simplicibus dentato-pinnatis rugosis verrucosis. *Hort. upf.* 10.
 Horminum rugoso verrucosoque folio cornu cervi exprimente. *Pluk. alm.* 186. t. 194. f. 5. *Herm. parad.* 186. t. 186.
Habitat in Persia. ☉
25. SALVIA foliis oblongis dentato-angulatis hirsutis, *Æthiops.*
 verticillis lanatis, corollarum labio faccato.
 Salvia foliis lanceolatis sinuato-dentatis: floralibus verticillos comprimentibus. *Hort. cliff.* 13. *Roy. lugdb.* 308.
 Æthiopsis foliis sinuosis. *Bauh. pin.* 241.
 Æthiopsis laciniatis foliis. *Barr. rar.* 24. t. 188.
 γ. Marum ægypticum. *Vest. alp.* 212. t. 212.
Habitat in Illyria, Græcia, Africa. ☉
Labium inferius antice cohæret & saccum format.
26. SALVIA foliis compositis pinnatis. *Hort. cliff.* 13. *pinnata.*
Roy. lugdb. 309.
 Salvia orientalis latifolia hirsutissima viscosa pinnata, flore & calyce purpureis, inodora. *Bærh. lugdb.* 1. p. 167. t. 167.
 Horminum arabicum, alatis foliis, flore rubello. *Pluk. alm.* 186. t. 194. f. 6.
Habitat in Oriente & Arabia.
27. SALVIA foliis cordatis inæqualiter basi excisis, caule *nutans.*
 subnudo, spicis ante florescentiam cernuis.
Habitat in Imperio Rutheno. ♀

DIANTHERA

1. DIANTHERA. *Gron. virg.* 6. *
Habitat in Virginia.

americana.

COLLINSONIA.

- canadensis.* 1. COLLINSONIA, Hort. cliff. 14. t. 5. Cold. noveb. 8.
Habitat in Virginia, Canadae sylvis. ♀

MORINA.

- Persica.* 1. MORINA. Hort. cliff. 14. Roy. lugdb. 236.
Morina orientalis, carlinæ folio. Tournef. cor. 48. itin.
3. p. 132. t. 132.
Habitat in Persia ad Hispahan. ♀

DIGYNIA.

ANTHOXANTHUM.

- odoratum.* 1. ANTHOXANTHUM spica ovato-oblonga, floscu-
lis subpedunculatis arista longioribus.
Anthoxanthum flosculis diandris. Hort cliff. 25. Roy.
lugdb. 58.
Anthoxanthum. Fl. suec. 29. Dalib. paris. 10.
Gramen pratense, spica flavescente. Baub. pin. 3. Sche-
uchz. gram. 88.
Habitat in Europæ pratis. ♀
- indicum.* 2. Anthoxanthum spica lineari, flosculis sessilibus arista bre-
vioribus. Fl. zeyl. 25. *
Habitat in India.
- paniculatum* 3. ANTHOXANTHUM floribus paniculatis. Amœn.
acad. 145.
Gramen sparteum, panicula flavescente. Rudb. elys. 1.
f. 14.
Habitat in Europa australiore.

TRIGYNIA.

PIPER.

- nigrum.* 1. PIPER foliis ovatis subseptemnerviis glabris, petiolis
simplicissimis. Fl. zeyl. 26. * Mat. med. 26.
Piper rotundum nigrum. Baub. pin. 411. Pluk. alm.
297. t. 437. f. 1.
Malago-codi. Rheed. mal. 7. p. 23. t. 12.
Habitat in India. ♀
- Betle.* 2. PIPER foliis ovatis oblongiusculis acuminatis septiner-
viis, petiolis bidentatis. Fl. zeyl. 27. *

- Piper qui Saururus foliis septinerviis oblongo-acuminatis.
Burm. zeyl. 193. t. 82. f. 2.
 Beetla-codi. *Rheed. mal.* 7. p. 29. t. 15.
Habitat in India. 5
3. PIPER foliis ovatis acutiusculis subtus scabris: nervis *Malamiri.*
 quinque subtus elevatis. *Fl. zeyl.* 26. *
 Frutex americanus, spica longa gracili. *Pluk. alm.* 297.
 t. 215. f. 2.
 Amalago. *Rheed. mal.* 7. p. - - - t. 16.
Habitat in India utraque.
4. PIPER foliis cordatis subseptinerviis venosis. *Fl. zeyl. Siriboa.*
 29. *
 Betela quem Sirii-boa vocant: *Bont. jav.* 91. t. 91.
Habitat in India.
5. PIPER foliis cordatis petiolatis sessilibusque. *Fl. zeyl. longum.*
 30. * *Mat. med.* 20.
 Piper longum orientale. *Bauh. pin.* 412.
 Piper longum, pistolochiæ foliis absque pediculis, made-
 raspatanum. *Pluk. alm.* 297. t. 104. f. 4.
 Cattu-tirpali. *Rheed. mal.* 7. p. 27. t. 14.
Habitat in India.
6. PIPER foliis lanceolato-ovatis quinquenerviis rugosis. *Amalago.*
 Piper longum arboreum altius, folio nervoso minore, spi-
 ca gracili & brevior. *Sloan. hist.* 1. p. 134. t. 87. f. 1.
 Piper frutex, spica longa gracili. *Pluk. alm.* 297. t. 215.
 f. 2.
 Saururus foliis lanceolato-ovatis quinquenerviis rugosis.
Hort. cliff. 140.
Habitat in Jamaica.
7. PIPER foliis cordatis quinquenerviis reticulatis. *reticulatum.*
 Saururus botryoides major arboreescens, foliis plantagi-
 neis. *Plum. amer.* 57. t. 75.
 Jaborandi. *Marcgr. bras.* 37. *Pis. bras.* 97.
Habitat in Martitica, Brasilia.
8. PIPER foliis ovato-lanceolatis: nervis alternis, spicis *aduncum.*
 uncinatis.
 Piper longum, folio nervoso pallide viridi, humilius.
Sloan. hist. 1. p. 135. t. 87. f. 2.
 Saururus foliis ovato-lanceolatis: nervis alternis. *Hort.*
cliff. 140. *Roy. lugdb.* 8.
 Saururus arboreescens, fructu adunco. *Plum. amer.* 58. t. 77.
Habitat in Jamaica.

- pellucidum.* 9. PIPER foliis cordatis petiolatis, caule herbaceo.
Piper foliis cordatis, caule procumbente. *Hort. cliff.* 6.
t. 4. * *Roy. lugdb.* 8.
Saururus minor procumbens botryitis, folio crasso cordato. *Plum. amer.* 54. *t.* 72.
Habitat in America calidiore. ☉
- acuminatum.* 10. PIPER foliis lanceolato-ovatis nervosis carnosiss.
Saururus alius humilis, folio carnosso & acuminato. *Plum. amer.* 54. *t.* 71.
Habitat in America calidiore.
- obtusifolium.* 11. PIPER foliis obverse ovatis enerviis.
Saururus humilis, folio carnosso subrotundo. *Plum. amer.* 53. *t.* 70.
Habitat in America calidiore.
- rotundifol.* 12. PIPER foliis orbiculatis solitariis carnosiss.
Saururus repens, folio orbiculari nummulariæ facie. *Plum. amer.* 52. *t.* 69.
Habitat in America calidiore.
- maculosum.* 13. PIPER foliis peltatis ovatis.
Saururus hederaceus, caulibus maculosis, major. *Plum. amer.* 60. *t.* 66.
Habitat in Domingo.
- pelatum.* 14. PIPER foliis peltatis orbiculato-cordatis obtusis repandis, spicis umbellatis.
Saururus arborefcens, foliis amplis rotundis & umbilicatis. *Plum. amer.* 56. *t.* 74.
Habitat in America calidiore.
- distachyon.* 15. PIPER foliis ovatis, spicis conjugatis.
Saururus hederaceus, caulibus maculosis, minor. *Plum. amer.* 51. *t.* 67.
Habitat in Americis Gallia æquinoctiali.
- umbellatum.* 16. PIPER foliis cordatis subrotundis acutis venosis, spicis umbellatis.
Saururus arborefcens, foliis amplis cordatis non umbilicatis. *Plum. amer.* 53. *t.* 73.
Habitat in Domingo.
- trifolium.* 17. PIPER foliis ternis subrotundis.
Saururus hederaceus triphyllus, folio rotundo. *Plum. amer.* 52. *t.* 68.
Habitat in Americis Gallia æquinoctiali.

Classis III.

TRIANDRIA

MONOGYNIA.

VALERIANA.

1. VALERIANA floribus monandris caudatis, foliis lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff.* 15. *Hort. ups.* 14. *Roy. lugdb.* 235. *Dalib. paris.* 12. *Valeriana rubra. Baub. pin.* 165. *Habitat in Gallia, Helvetia, Italiae ruderatis.* ♀
2. VALERIANA floribus monandris, foliis pinnatifidis. *calcitrapæ. Hort. ups.* 14. *Valeriana foliis pinnato-laciniatis, floribus monandris. Virid. cliff.* 4. *Hort. cliff.* 16. *Roy. lugdb.* 235. *Sauv. monsp.* 275. *Valeriana foliis calcitrapæ. Baub. pin.* 164. *Valeriana sylvestris, foliis tenuissime divisis. Baub. pin.* 165. *Habitat in Lusitania.* ☉
3. VALERIANA floribus diandris ringentibus, foliis ovatis sessilibus. *Hort. cliff.* 15. *Hort. ups.* 13. *Roy. lugdb.* 235. *Valeriana peregrina purpurea albave. Baub. pin.* 164. *prodr.* 87. *Habitat in America, Mauritania, Sicilia, Hispania arvis.* ☉
4. VALERIANA floribus triandris dioicis, foliis pinnatis. *Valeriana dioica. It. œl.* 46. *Fl. suec.* 31. *Dalib. paris.* 11. *Valeriana, foliis caulinis pinnatis, textu distincta. Hort. cliff.* 16. *Valeriana, foliis caulinis pinnatis, polygama. Vir. cliff.* 5. *Roy. lugdb.* 235. *Valeriana palustris minor & Valeriana palustris inodora parum laciniata, Baub. pin.* 86. *Valeriana alpina minor. Baub. pin.* 165. *prodr.* 87. *Habitat in Europæ campis uliginosis.* ♀
5. VALERIANA floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Mat. med.* 21. *Hort. cliff.* 15. *Fl. suec.* 30. *Roy. lugdb.* 234. *Dalib. paris.* 11.

Valeriana sylvestris major. Baub. pin. 164. Fl. lapp. 14.
Habitat in Europæ nemoribus paludosis. 2

Phu.

6. VALERIANA floribus triandris, foliis caulinis pinnatis; radicalibus indivisis. *Hort. ups. 13. Mat. med. 22.*
Valeriana foliis infimis integris; proximis laciniatis; caulinis pinnatis. Hort cliff. 15. Roy. lugdb. 234.
Valeriana hortensis. Baub. pin. 164.
Habitat in Alsatia. 2
Caule non sulcato & foliolis exterioribus majoribus a. V. officinali etjam differt.

tripteris.

7. VALERIANA floribus triandris, foliis radicalibus cordatis; caulinis ternatis lanceolatis serratis.
Valeriana floribus triandris, foliis radicalibus cordatis, aliis laciniatis. Sauv. monsp. 276.
Valeriana alpina prima. Baub pin. 165. prodr. 86. t. 86.
Valeriana alpina altera. Baub. pin. 165.
Valeriana alpina minor, planta palmaris. Pluk. alm. 380. t. 231. f. 7.
Valeriana minima, planta uncialis. Pluk. alm. 380. t. 231. f. 8.
Habitat in alpibus Helvetiæ.
Involucra propria sunt diphylla, setacea. 2

montana.

8. VALERIANA floribus triandris, foliis ovato-oblongis subdentatis, caule simplici.
Valeriana foliis omnibus integris ex ovato-acuminatis leviter dentatis. Hall. helv. 664. it. 8.
Valeriana montana, subrotundo folio. Baub. pin. 165.
*Valeriana alpina, scrophulariæ folio. Baub. pin. 164. prodr. 87. **
Valeriana alpina, nardo celticæ similis, inodora. Pluk. alm. 380. t. 232. f. 2.
Nardo celticæ similis inodora. Baub. pin. 165.
Habitat in alpibus Helveticis, Rhæticiis, Pyrenæis. 2

celtica.

9. VALERIANA floribus triandris, foliis ovato-oblongis obtusis integerrimis. *Mat. med. 23.*
Valeriana foliis ovatis obtusis minime dentatis. Hall. helv. 664.
Nardus ex apulia. Baub. pin. 165.
Nardus celtica dioscoridis. Baub. pin. 165.
Nardus celtica altera. Baub. pin. 166.
Nardus celtica. Baub. hist. 3. p. 205.
Spica celtica fastigio flosculorum ordine differens. Carr. epit. 14.
Habitat in alpibus Helvetiæ, Valesiæ. 2

10. VALERIANA floribus triandris, foliis lanceolatis *tuberosa*.
integerrimis: caulinis basi pinnatis.
Nardus montana, radice olivari. *Baub. pin. 165.*
β. Nardus montana, radice oblonga. *Baub. pin. 165.*
Nardus montana, longius radicata. *Cam. epit. 16.*
Habitat in Dalmatia, Sicilia, Galloprovincia. 2
11. VALERIANA floribus triandris, foliis subdentatis; ra- *saxatilis*.
dicalibus ovatis, pedunculis communibus elongatis.
Valeriana alpina nardo celticæ similis. *Baub. pin. 165.*
Valeriana sylvestris alpina 2 *saxatilis*. *Clus. hist. 1. p.*
56. bona.
Nardo Celticæ similis inodora. *Baub. pin. 165. prodr.*
88. Burs. VIII: 122.
Habitat in alpibus Styriæ, Austriæ. 2
12. VALERIANA floribus triandris, foliis cordatis ser- *pyrenaica*.
ratis petiolatis: summis ternatis. *Hort. cliff. 15. Roy.*
lugdb. 235.
Valeriana maxima pyrenaica, cacaliæ folio. *Tournef. inst.*
131.
Valeriana canadensis. *Riv. mon. 6.*
Valeriana orientalis, alliaræ folio, flore albo. *Buxb. cent.*
2. p. 19. t. 11.
Habitat in Pyrenæis? 2
13. VALERIANA floribus triandris, foliis omnibus cor- *Chinensis*.
datis repando-lobatis.
Habitat in China. Osbeck.
Caules herbacei, erecti, plus quam pedales, ramis florife-
ris oppositis; Folia opposita, petiolata, glabra, cordata,
acuta, lobis lateralibus utrinque binis obtusis. Rami et
caules terminati umbellulis involucello cinctis. Semina
nuda.
14. VALERIANA floribus triandris, caule dichotomo, *Locusta*.
foliis linearibus. *Fl. suec. 32. Hort. ups. 14. Dalib.*
paris. 12.
Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis integris.
Vir. cliff. 5.
α. Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis integris, *olitoria*.
fructu simplici. *Hort. cliff. 16. Roy. lugdb. 235.*
Valeriana campestris inodora major. *Baub. pin. 165.*
β. Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis serratis, *vesicaria*.
calycibus inflatis. *Hort. cliff. 16. Roy. lugdb. 235.*
Valeriana cretica, fructu vesicario. *Tournef. cor. 6. Boerb.*
lugdb. 1. p. 75. t. 75.

- coronata.* γ. Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis dentatis, fructu sexdentato. *Hort. cliff.* 16. *Roy. lugdb.* 235.
Valeriana femine stellato. *Bauh. pin.* 165.
- dentata.* δ. Valeriana caule dichotomo, foliis oblongis subserratis, feminis corona tridentata. *Hall. helv.* 666. *Dalib. paris.* 12.
Locusta major. *Riv. mon.* 6.
- radiata.* ε. Valeriana caule dichotomo, capitulis terminalibus involucro cinctis. *Gron. virg.* 10.
Valeriana marilandica, foliis oblongis obtusis. *Raj. suppl.* 3. p. 244.
Habitat a. in Europæ, β. Cretæ, γ. Lusitaniæ, δ. Europæ australioris, ε. Marilandicæ arvis. ☉
- mixta.* 15. VALERIANA floribus triandris, caule quadrifido, foliis imis bipinnatifidis, feminis pappo plumoso. *Sauv. monsp.* 275. †
Valerianella femine umbilicato hirsuto minore. *Morif. umb.*
Habitat Monspeli.
- Sibirion.* 16. VALERIANA floribus tetrandris æqualibus, foliis pinnatifidis, feminibus palea ovali adnatis. *Hort. ups.* 13.
Valeriana lutea humilis, *Amm. ruth.* 18. n. 25, t. 3.
Habitat in Sibiricæ campis. ☉

HIRTELLA.

- americana.* 1. HIRTELLA, *Hort. cliff.* 17. *
Habitat in America meridionali. †

OLAX.

- zeylanica.* 1. OLAX. *Fl. zeyl.* 34. * *Amœn. acad.* 1. p. 387.
Arbor stercoraria zeylanica glandifera. *Burm. zeyl.* 26.
Habitat in Zeylona. †

TAMARINDUS.

- indica.* 1. TAMARINDUS. *Hort. cliff.* 18. *Mat. med.* 28.
Hort. ups. 15. *Fl. zeyl.* 14. *Roy. lugdb.* 465.
Siliqua arabica, quæ Tamarindus. *Bauh. pin.* 403.
Balam-pulli. *Rheed. mal.* 1. p. 39. t. 23.
Habitat in India, America, Ægypto, Arabia. †

CNEORUM.

- triccocum.* 1. CNEORUM. *Hort. cliff.* 18. *Roy. lugdb.* 119.

Chamælea tricoccus. Bauh. pin. 462.

Chamælea. Cam. epit. 973.

Habitat in Hispaniæ, Narbonæ glareosis. ♀.

MELOTHRIA.

I. MELOTHRIA. *Hort. cliff. 490. * Hort. ups. 15. pendula.*
Gron. virg. 10. Roy. lugdb. 528.

Cucumis parva repens virginiana, fructu minimo. Pluk.
alm. 123. t. 85. f. 5.

Cucumis minima, fructu ovali nigro lævi. Sloan. hist. 1.
p. 227. t. 142. f. 1.

Habitat in Canada, Virginia, Jamaica. ☉

LOEFLINGIA.

I. LOEFLINGIA.

Illecebrum procumbens ramosum, floribus lateralibus
imbricatis. Læfl. descr. VI. 34.

Habitat in Hispaniæ collibus apricis. ☉

Caules profusi Schleranthi s. Herniariæ, viscidi. Folia
subulata, brevissima, utrinque dente notata. Spicæ
breves, squarrosæ, axillares, Bracteis imbricatis, subu-
latis, dentatis.

hispanica.

POLYCNEMUM.

I. POLYCNEMUM *Sauv. monsp. 45.*

Salsola caule repente, foliis & stipulis sessilibus subula-
tis cartilagineis. Dalib. paris. 80.

Chenopodium foliis subulatis prismaticis, floribus soli-
tariis sessilibus axillaribus. Guett. stamp. 14.

Chenopodium annuum humifusum, folio breviori & ca-
pillaceo. Tournef. inst. 506.

Camphorata vaginis spinosis. Hall. belv. 183.

Camphorata congener. Bauh. pin. 486.

Herniaria foliis longis angustis acuminatis & glabris,
Magn. char. 51.

Habitat in Galliæ, Italiæ, Germaniæ arvis.

arvensis.

CASSYTHA.

I. CASSYTHA *Osbeck.*

Cuscuta altera s. major. Camel. luz. 1. p. 1. n. 1. Pet.
gaz. 77. t. 49. f. 12.

Cuscuta baccifera barbadensium a maritimis. Pluk. alm.
126. t. 172. f. 2.

Acatfia-valli. Rheed mal. 7 p. 83. t. 44. Raj. suppl. 551.

filiformis.

Habitat in India.

Habitus & omnia Cuscutæ, at fructificatio diversissima.

CROCUS.

sativus.

1. CROCUS spatha univalvi radicali, corollæ tubo longissimo.

Crocus floribus fructui impositis: tubo longissimo. *Roy. lugb. 41. Hort. ups. 15. Mat. med. 27.*

Crocus flore fructui imposito. *Hort. cliff. 18.*

officinalis.

α. Crocus autumnalis sativus. *Moris. hist. 2. p. 335. f. 4. t. 2. f. 1.*

Crocus sativus. *Baub. pin. 65.*

vernus.

β. Crocus vernus latifolius. I-XI. & I-VI. *Baub. pin. 65. 66.*

Habitat in Alpibus Helveticis, Pyrenæis, Lusitanicis, Tracicis. &

Bulbocodium

2. CROCUS spatha diphylla flori approximata, tubo corollæ brevi.

Crocus flore fructui imposito: tubo brevi. *Roy. lugdb. 41.*

Sisyrinchium minus angustifolium, flore majore variegato. *Baub. pin. 41.*

Sisyrinchium aspensium, angusto folio, alterum. *Col. ecphr. 2. p. 5. t. 7. f. 1.*

Bulbocodium crocifolium, flore magno albo fundo luteo. *Tournef. cor. 50.*

Habitat in alpibus Italicis. &

IXIA.

africana.

1. IXIA floribus capitatis, spathis laceris.

*Ixia. Hort. cliff. 490. * Roy. lugdb. 20.*

Ixia foliis ad radicem nervosis gramineis, floribus ac fructu convolutis. *Burm. afric. 191. t. 70. f. 2.*

Bermudiana capensis, capitulis lanuginosis. *Pet. sicc. 242.*

Gramen eriophorum africanum, flore lanato. *Pluk. mant. 98.*

Habitat ad Cap. b. Spei. &

chinensis.

2. IXIA foliis ensiformibus, floribus remotis. *Hort. ups. 16.*

Bermudiana, iridis folio majori, flore croceo eleganter punctato. *Kraus. hort. 25. t. 25.*

Balemcanda-Schularmandi. *Rheed. mal. 11. p. 73. t. 37.*

Habitat in India. &

GLADIOLUS.

communis.

1. GLADIOLUS foliis ensiformibus, floribus distantibus. Gladio-

Gladiolus foliis ensiformibus. *Hort. cliff.* 20. *Hort. ups.* 16.

Gladiolus caule simplicissimo, foliis ensiformibus. *Roy. lugdb.* 19.

Gladiolus floribus uno versu dispositis. *Baub. pin.* 41.
Habitat in Europa australi. 4

2. GLADIOLUS foliis ensiformibus, floribus imbricatis. *imbricatus.*
Habitat in Russia citeriore. 4
Flores parvi versus unum latus imbricati.

3. GLADIOLUS foliis linearibus, caule simplicissimo, *spicatus.*
floribus spicatis. *Roy. lugdb.* 19.
Habitat in Africa. 4

4. GLADIOLUS foliis linearibus, floribus distantibus, *angustus.*
corollarum tubo limbis longiore.
Gladiolus caule simplicissimo, foliis linearibus, floribus
alternis. *Roy. lugdb.* 19.
Gladiolus foliis linearibus. *Hort. cliff.* 20. * t. 6.
Habitat in Africa. 4

5. GLADIOLUS caule ramoso, foliis linearibus. *Roy. ramosus.*
lugdb. 19.
Habitat in Africa. 4

6. GLADIOLUS caule ramoso, capitulis pedunculatis, *capitatus.*
radice tuberosa.
Habitat in Africa. 4
Planta est maxima; floribus cæruleis.

ANTHOLYZA.

1. ANTHOLYZA stamine unico declinato. *ringens.*
Gladiolo æthiopico similis planta angustifolia. *Comm.*
hort. 1. t. 41. *Rudb. elys.* 2. p. 237.
Gladiolus floridus rictum referens coccineus: suprema
lacinia erecta & fistulosa. *Breyn. ic.* 21. t. 8. f. 1.
Habitat in Æthiopia. 4

2. ANTHOLYZA staminibus omnibus adscendentibus. *Cunonia.*
Cunonia floribus sessilibus, spathis maximis. *Büttn. cun.*
211. t. 1.
Gladiolus æthiopicus, flore coccineo. *Corn. canad.* 78.
t. 79. *Moris. hist.* 2. p. 421. f. 4. t. 23. f. 1.
Habitat ad Cap. b. Spei. 4
Utrum hæc sit distincti generis planta, tum primum ex-
cescat, cum præcedentis flores examinentur ulterius.

IRIS

* *Barbatæ neclariis petalorum reflexorum.*

fusiana.

1. IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore unifloro.
Hort. cliff. 18. Roy. lugdb. 17.

Iris fusiana, flore maximo ex albo nigricante. Baub. pin. 31. theatr. 579

Habitat in Oriente; venit constantinopoli in Belgium 1573. 2

Caulis teres; Germen trigono-teretiufculum; Petala 3 interiora majora reflexa.

germanica.

2. IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore multifloro.
Hort. cliff. 18. Hort. upf. 16. Mat. med. 24. Roy. lugdb. 17.

Iris vulgaris germanica f. sylvestris. Baub. pin. 30.

Iris hortensis latifolia. Baub. pin. 31.

Habitat in Germaniæ editis. 2

aphylla.

3. IRIS corollis barbatis, scapo nudo longitudine foliorum multifloro. *Roy. lugdb. 17.*

Iris latifolia, caule aphylo. Baub. pin. 32.

Habitat - - - 2

variegata.

4. IRIS corollis barbatis, caule subfolioso longitudine foliorum multifloro. *Roy. lugdb. 17. Hort. upf. 16.*

Iris corollis barbatis, caule altitudine caulis multifloro. Hort. cliff. 19.

Iris latifolia pannonica, colore multiplici. Baub. pin. 31.

Habitat in Hungaria. 2

biflora.

5. IRIS corollis barbatis, caule foliis brevioribus multifloro.
Hortus. upf. 17.

Iris corollis barbatis, foliis caulem multiflorum superantibus. Hort. cliff. 19. Roy. lugdb. 17.

Chamæiris major saturate purpurea biflora. Baub. pin. 33.

Habitat in Lusitaniæ rupibus. 2

pumila.

6. IRIS corollis barbatis, caule foliis brevioribus unifloro.

Iris corollis barbatis, foliis caulem uniflorum superantibus. Hort. cliff. 19. Roy. lugdb. 17.

Chamæiris minor, flore purpureo. Baub. pin. 33.

Habitat in Austriæ, Pannoniæ, collibus apricis. 2

* * *Imberbes: petalis deflexis levibus.*

Pseudacorus.

7. IRIS corollis imberbibus, petalis interioribus stigmatibus minoribus, foliis ensiformibus. *Hort. cliff. 19. Fl. suec. 33. mat. med. 25.*

Aco-

Acorus adulterinus. *Bauh. pin.* 34. *theatr.* 634.
Habitat in Europa ad ripas paludum fossarum. 4

8. IRIS corollis imberbibus, petalis internis longitudine *fœtidissima*,
 stigmatis, foliis ensiformibus. *Hort. cliff.* 19. *Roy.*
lugdb. 18. *Dalib. paris.* 13. *Sauv. monsp.* 41.

Gladiolus fœtidus. *Bauh. pin.* 30.

Spathula fœtida *Xyris*. *Bauh. hist.* 2, p. 731. *Dod. pempt.*
 247.

Habitat in Gallia, Anglia, Hetruria. 4

9. IRIS corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule *sibirica*,
 tereti, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 19. *Hort. ups.* 17.
Roy. lugdb. 78. *Hall. helv.* 250. *Gmel. sibir.* 1. p. 28.

Iris pratensis angustifolia non fœtida altior. *Bauh. pin.*
 32, *theatr.* 597.

Habitat in Austria, Helvetiæ, Sibiria pratis. 4

10. IRIS corollis imberbibus, germinibus subtrigonis, caule *versicolor*,
 le tereti, foliis ensiformibus.

Iris americana versicolor, stylo crenato. *Dill. elth.* 188.
 t. 155. f. 188.

Iris americana versicolor, stylo non crenato. *Dill. elth.*
 187. t. 155. f. 187.

Iris latifolia virginiana, florum petalis repandis purpureis.
Ebret. pict. t. 6. f. 2.

Habitat in Virginia, Marilandia, Pensylvia. 4

11. IRIS corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule *virginica*,
 ancipiti. *Gron. virg.* 11.

Habitat in Virginia. 4

12. IRIS corollis imberbibus, germinibus sexangularibus, *spuria*,
 caule tereti, foliis sublinearibus. *Hort. cliff.* 19. *Hort.*
ups. 17. *Roy. lugdb.* 16.

Iris pratensis angustifolia, folio fœtido. *Bauh. pin.* 32.
Habitat in Germaniæ pratis. 4

13. IRIS corollis imberbibus, germinibus sexangularibus, *graminea*,
 caule ancipiti, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 19. *Hort.*
ups. 17. *Roy. lugdb.* 18.

Iris angustifolia prunum redolens minor. *Bauh. pin.* 33.
Habitat in Austria ad radices montium. 4

14. IRIS corollis imberbibus, caule unifloro foliis brevior, *verna*,
 radice fibrosa. *Gron. virg.* 10.

Iris virginiana pumila s. *Chamæiris verna angustifolia*,
 flore

flore purpureo-cæruleo odorato. *Pluk. alm.* 198. t. 196, f. 6.

Habitat in Virginia. ♀

tuberosa,

15. IRIS corollis imberbibus, foliis tetragonis. *Vir. cliff.* 6. *Hort cliff.* 20. *Mat. med.* 26. *Roy. lugdb.* 18.

Iris tuberosa, folio anguloso. *Baub. pin.* 40.

Hermodactylus folio quadrangulo. *Tournef. cor.* 50.

Habitat in Arabia & Oriente. ♀

Xiphium,

16. IRIS corollis imberbibus, foliis subulato-canaliculatis caule brevioribus. *Hort. upf.* 17.

Iris foliis margine conniventibus, corollis imberbibus. *Hort. cliff.* 20.

Iris caulescens, foliis margine conniventibus, corollis imberbibus. *Roy. lugdb.* 18.

Iris bulbosa latifolia, caule donata. *Baub. pin.* 38.

β Iris bulbosa cæruleo-violacea. *Baub. pin.* 40.

Habitat in Hispania. ♀

persica,

17. IRIS corollis imberbibus, foliis subulato-canaliculatis caule longioribus.

Iris acaulis, foliis margine conniventibus, corollis imberbibus. *Roy. lugdb.* 18.

Xiphion persicum præcox, flore variegato. *Tournef. inst.* 363.

Habitat in Persia. ♀

Sisyrinchium

18. IRIS corollis imberbibus, foliis canaliculatis, bulbis germinis superimpositis.

Sisyrinchium majus. *Baub. pin.* 40. *Clus. hist.* 1. p. 216.

β. Sisyrinchium medium. *Baub. pin.* 41.

Sisyrinchium minus. *Clus. hist.* 216.

Habitat in Hispania, Lusitania. ♀

Colore est petalorum purpureo macula lutea loco barba; bulbis (non tunicatis simplicibus ut in bulbosis Xiphiis 16. 17, sed) ex gemino bulbo altero alteri imposito, ut in Gladiolo, Croco.

COMMELINA.

* *Dipetalæ dictæ.*

communis,

1. COMMELINA corollis inæqualibus, foliis ovato-lanceolatis acutis, caule procumbente glabro. *Hort. upf.* 18.

Commelina foliis ovato-lanceolatis, caule procumbente glabro, petalis duobus majoribus. *Virid. cliff.* 6.

Hort. cliff. 21. *Roy. lugdb.* 17. *Gron. virg.* 130.

Com-

- Commelina procumbens annua, japonicæ folio. *Dill. elth. 93. t. 78. f. 89.*
Habitat in America. ☉
2. COMMELINA corollis inæqualibus, foliis lanceolatis glabris obtusis, caule repente. *africana.*
 Commelina radice perenni, foliis lanceolatis, caule repente glabro, petalis duobus majoribus. *Wach. ultr. 323.*
 Commelina procumbens, flore luteo. *Roy. lugdb. 538.*
Habitat in Æthiopia. ♀
Differt a prima petalis istis majoribus reniformibus luteis, tertio ovato filamentis longioribus æquali, vaginis foliorum ciliatis, involucro non reticulato.
3. COMMELINA corollis inæqualibus, foliis ovatis obtusis, caule repente. *benghalensis.*
 Ephemeron benghalense serpens, folio subrotundo brevi, phalangoides. *Pluk. alm. 130. t. 27. f. 3.*
Habitat in Benghala.
4. COMMELINA corollis inæqualibus, foliis ovato-lanceolatis, caule erecto scabro simplicissimo. *erecta.*
ups. 18.
 Commelina foliis ovato-lanceolatis, caule erectiusculo scabro, petalis duobus majoribus. *Virid. cliff. 16. Hort. cliff. 495. Gron. virg. 11. Roy. lugdb. 38.*
 Commelina erecta, ampliore subcæruleo flore. *Dill. elth. 94. p. 77. t. 88.*
Habitat in Virginia, ♀
- * * *Tripetalæ Zanoniæ Pl.*
5. COMMELINA corollis æqualibus, foliis ovato-lanceolatis subciliatis. *tuberosa.*
Hort. ups. 18.
 Commelina foliis ovato-lanceolatis, petalis tribus majoribus æqualibus. *Hort. cliff. 21. Roy. lugdb. 38.*
 Commelina radice anacampserotidis. *Dill. elth. 94. t. 79. f. 90.*
Habitat in Mexico. ♀
6. COMMELINA corollis æqualibus, pedunculis incrassatis, foliis linearilanceolatis. *Zanonia.*
Zanonia graminea perfoliata. Plum. gen. 38.
Habitat in America Gallie æquinoctialis.
7. COMMELINA corollis æqualibus, pedunculis capillaribus, foliis linearilanceolatis, involucro nullo. *nudiflora.*
zeyl. 31. Ephe-

Ephemerum phalangoides maderaspatense minimum, foliis perangustis, perfoliatum. *Pluk. alm.* 135. t. 27. f. 4.
Habitat in India.

axillaris.

8. COMMELINA corollis æqualibus, floribus sessilibus, foliis linearibus.

Ephemerum phalangoides maderaspatanum minimum, secundum caulem quasi ex utriculis floridum. *Pluk. alm.* 135. t. 174. f. 3.

Ephemerum malabaricum, flore tripetalo in foliorum alis sessili. *Raj. suppl.* 567.

Nir-pulli. *Rheed. mal.* 10. p. 28. t. 13.

Habitat in India.

cristata.

9. COMMELINA corollis æqualibus, involucribus spicatis imbricatis, *Fl. zeyl.* 32.

Ephemerum zeylanicum procumbens inflatum. *Herm. parad.* 148. *Raj. hist.* 566.

Habitat in Zeylona.

XYRIS.

indica.

1. XYRIS.

Xyris foliis gladiatis. *Gron. virg.* 11. *Fl. zeyl.* 35.

Gladiolo lacustri accedens malabarica, e capitulo botryoideo florifera. *Pluk. alm.* 170. t. 416. f. 4.

Katsjiletti-pullu. *Rheed. mal.* 9. p. 139. t. 7.

Habitat in Indiis.

SCHOENUS.

Moriscus.

1. SCHOENUS culmo tereti, foliis margine dorsoque aculeatis. *Fl. svec.* 35. *It. gotl.* 170. * *Dalib. paris.* 14.

Pseudo-cyperus palustris, foliis & carina ferratis. *Scheuchz. gram.* 375.

Cyperus longus inodorus germanicus. *Baub. pin.* 14.

Habitat in Europæ paludibus. 2

aculeatus.

2. SCHOENUS culmo tereti ramoso, capitulis terminalibus, involucribus triphyllis brevissimis rigidis patentibus.

Gramen album, capitulis aculeatis, italicum. *Baub. pin.* 7. *theatr.* 108. *Scheuchz. gram.* 85. *Morif. hist.* 3. p.

195. f. 8. t. 5. f. 3.

Gramen spicatum, spicis in capitulum foliatum congestis. *Tournef. inst.* 517.

Gramen aculeatum, *Cam. epit.* 745.

Habitat in Italia, Narbona, Lusitania, Archipelagi insulis. 2

maceronatus.

3. SCHOENUS culmo tereti nudo, spicis fasciculatis divaricatis, involucribus triphyllis subulato. *Scir-*

Scirpus culmo tereti, foliis tribus patulis flosculisque aggestis terminato. *Sauv. monsp.* 9.

Scirpus maritimus, capite glomerato. *Tournef. inst.* 46. *Scheuchz. gram.* 367.

Gramen Cyperoides maritimum. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 91.

Gramen junceum maritimum, capite squamoso foliaceo. *Moris. hist.* 3. p. 227. f. 8. t. 9. f. 6.

Habitat in Gallia, Narbonæ, Tyrreni, Smyrnæ maritimis. 2

Folia etiam involucri apice pungunt. Spica oblonga, sessiles, apicibus distantes; Involucrum triphyllum, interdum diphyllum.

4. SCHOENUS culmo tereti nudo., capitulo ovato: involucri diphylli valvula altera subulata longa. *Fl. suec.* 36. *it. gotl.* 234. *Dalib. paris.* 113.

Scirpus flosculis spicatis. *Act. stockh.* 1741. p. 182.

Juncus lævis minor, panicula glomerata nigricante. *Moris hist.* 3. p. 233. f. 8. t. 10. f. 28.

Junco affinis capitulo glomerato nigricante. *Scheuch. gram.* 349.

Habitat in Europæ paludibus æstate, exsiccatis. 2

5. SCHOENUS culmo tereti nudo, spica duplici, involucri valvula majore spicam æquante. *ferrugineus.*

Gramen Cyperoides minimum, caryophylli proliferi capitulo simplici squamato. *Moris. hist.* 3. p. 245. f. 8. t. 12. f. 40.

Habitat in Gotlandiæ, Angliæ paludibus. 2

* * Culmo triquetro.

6. SCHOENUS culmo triquetro, capitulo subrotundo, involucrio longissimo plano variegato. *coloratus.*

Schoenus florum capitulis involucrio longissimo radiatis. *Hort. cliff.* 495.

Gramen Cyperodes spica compacta alba, foliis ad spicam, partim albis partim viridibus. *Sloan. hist.* 1. p. 119. t. 78. f. 1.

Habitat in Jamaica, Bahama.

7. SCHOENUS culmo subtriquetro nudo, spica disticha, involucrio monophyllo. *compressus.*

Cyperella montana spicata, radice repente, caule toto triquetro, spica fusca compressa disticha, femine cinereo. *Mich. gen.* 53.

Gramen Cyperoides spica simplici compressa disticha. *Pluk. alm.* 173. t. 34. f. 9. *Scheuch. gram.* 496. *Raj. hist.* 1910. *Moris. hist.* 3. p. 245.

Habitat in Anglia, Helvetia, Italia.

glomeratus. 8. SCHOENUS culmo triquetro folioso, floribus fasciculatis, foliis planis, pedunculis lateralibus geminis. Schœnus culmo triquetro, pedunculis geminis lateralibus, floribus conglomeratis. *Gron. virg.* 131.
Habitat in Virginia.

albus. 9. SCHOENUS culmo subtriquetro folioso, floribus fasciculatis, foliis setaceis. *Fl. suec.* 34. *Dalib. paris.* 14. Schoenus flosculis fasciculatis. *Hort. cliff.* 22. *Roy. lugdb.* 48.
Cyperus palustris hirsutus minor, paniculis albis. *Moris. hist.* 3. f. 8. t. 9. f. 39. *Fl. lapp.* 17.
Gramen Cyperoides palustre leucanthemum. *Scheuchz. Gram.* 503.
Habitat in Europæ borealis paludibus siccatis. 2

CYPERUS.

* *Culmo tereti.*

articulatus. 1. CYPERUS culmo tereti nudo articulato.
Cyperus culmo nudo articulofo. *Roy. lugdb.* 51.
Juncus Cyperoides creberrime geniculatus medulla farctus aquaticus, radice rubra tuberosa odorata. *Sloan. jam.* 36. *hist.* 1. p. 121. t. 81. f. 1.
Habitat in Jamaica rivulis 2.

minimus. 2. CYPERUS culmo tereti nudo, spicis sub apice.
Cyperus culmo tereti, spicas sub apice ferente. *Hort. cliff.* 21. *Roy. lugdb.* 49.
Gramen junceum perpufillum, capillaceis foliis, æthiopicum. *Pluk. alm.* 179. t. 300. f. 5.
Gramen Cyperoides minimum, spicis pluribus compactis ex oblongo-rotundis. *Sloan. jam.* 36. *hist.* 1. p. 120. t. 79. f. 3. *Raj. hist.* 3. p. 625.
Habitat in Jamaica, Africa.

arundinacea. 3. CYPERUS culmo tereti folioso articulato, racemis lateralibus, spicis alternis patentibus.
Cyperus racemis simplicibus lateralibus solitariis distichis, spicis alternis patentibus. *Gron virg.* 131.
Gramen junceum elatius, caule articulato, virginianum, cyperi paniculis inter folia prope summitatem procleuntibus. *Pluk. alm.* 179. t. 301. f. 1.
Gramen fluviatile geniculatum, panicula foliacea: locustis tenuibus oblongis, virginianum. *Moris. hist.* 3. p. 133. f. 8. t. 3.
Habitat in Virginia.

* *Cul-*

* *Culmo triquetro.*

4. CYPERUS culmo triquetro folioso, umbella supra-*baspan.*
decomposita, spiculis umbellato-fessilibus. *Fl. zeyl.*
37. *
- Gramen Cyperoides maderaspatanum, panicula magis
sparsa & speciosa. *Pluk. alm. 179. t. 192. f. 2.*
Habitat in India, Æthiopia. &
5. CYPERUS culmo triquetro folioso, umbella foliosa *longus.*
supradecomposita, pedunculis nudis spicis alternis. *Roy.*
lugdb. 50. Mat. med. 29 Dalib. paris. 14.
Cyperus odoratus radice longa f. Cyperus officinarum.
Bauh. pin. 14. Scheuch. gram. 378. Moris. hist. 3.
pag. 237. f. 8. t. II. f. 13.
Habitat in Italiæ, Galliæ paludibus. &
6. CYPERUS culmo triquetro subnudo, umbella de-*rotundus.*
composita: spicis alternis linearibus. *Fl. zeyl. 36. Mat.*
med. 30.
Cyperus orientalis, radice olivarii, spicis longis e spa-
diceo purpurascens. *Scheuch. gram. 391.*
Habitat in India.
7. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella foliosa, *esculentus.*
radicum tuberibus ovatis: zonis imbricatis. *Roy. lugdb.*
51.
Cyperus rotundus esculentus angustifolius. *Bauh. pin.*
14. theatr. 222. Scheuch. gram. 382. Moris. hist. 3.
p. 236. f. 8. t. II. f. 10.
Thras. Bauh. hist. 2. p. 504.
Habitat Monspelii, inque Italia, Oriente. &
8. CYPERUS culmo triquetro feminudo, umbella fo-*Iria.*
liosa decomposita, spiculis alternis granis distinctis.
Gramen Cyperoides Indiæ orientalis elatius; panicula
sparsa pallescente. *Pluk. alm. 179. t. 191. f. 7.*
Iria f. Balari. Rheed. mal. 12. p. 105. t. 56.
Habitat in India. Osbeck.
Pedunculi in umbella plurimi, apice umbelluliferi; um-
bella ex tribus quatuorve radiis, qui alternatim spi-
culas gerunt ex granis triquetris, obtusissimis, vix ma-
nifesta palea vestitis, parum distantibus.
9. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella foliosa, *elegans.*
pedunculis nudis proliferis, spicis confertis. *Roy. lugdb.*
51.
Cyperus panicula maxime sparsa ferruginea compressa
elegant-

elegantissima. *Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 117. t. 75. f. 1. Raj. suppl. 623.*

Habitat in Jamaicae paludosis maritimis.

odoratus.

10. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella decomposita simpliciter foliosa, pedicellis distiche spicatis. *Cyperus culmo triquetro nudo, umbella duplicata foliosa, pedunculis propriis distiche spicatis. Roy. lugdb. 50. Gron. virg. 131.*

Cyperus longus odoratus, panicula sparsa, spicis strigosioribus viridibus. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 116. t. 74. f. 1.

Habitat in America ad fluviorum ripas.

compressus.

11. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella triphylla, pedunculis simplicibus, spicis alterno-digitatis lanceolatis distichis.

Cyperus culmo triquetro nudo, panicula foliosa, pedunculis simplicibus, spicis alternis subulatis distichis. Roy. lugdb. 51. Gron. virg. 131.

Cyperus rotundus gramineus fere inodorus, panicula sparsa compressa viridi. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 117. t. 76. f. 1. Raj. suppl. 623.

Habitat in Americae septentrionalis pratis arenosis.

flavesens.

12. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella triphylla, pedunculis simplicibus inaequalibus, spicis confertis lanceolatis.

Cyperus culmo triquetro nudo, panicula foliosa supradecomposita, spicis confertis distiche compressis. Dalib. paris. 14.

Cyperus minimus, panicula sparsa flavescente. T. Scheuch. gram. 385. Hall. helv. 246.

Cyperus minor pulcher, panicula lata compressa subflavescente. Moris. hist. 3. p. 239. f. 8. t. 11. f. 37.

Gramen Cyperoides minus, panicula sparsa subflava. Bauh. pin. 6. theatr. 88. t. 88.

Habitat in Germaniae, Helvetiae, Galliae paludosis.

fuscus.

13. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunculis simplicibus inaequalibus, spicis confertis linearibus.

Cyperus culmo triquetro nudo, panicula diphylla supradecomposita, spicis strigosioribus confertis distiche compressis. Dalib. paris. 15.

Cyperus minimus, panicula sparsa nigricante. T. Scheuchz. gram. 384.

Cyperus minor pulcher, panicula compressa nigricante.

Moris. hist. 3. p. 239. f. 8. t. 9. f. 38.

Gramen Cyperoides minus, panicula sparsa nigricante.

Baub. pin. 6.

Habitat in Gallia; Germaniæ, Helvetiæ pratis humidis.

Differt a C. flavescente vix manifeste, spiculis angustioribus fuscis & foliis magis scabris.

14. **CYPERUS** culmo triquetro nudo, umbella simplici, *strigosus.*
spiculis linearibus confertissimis horizontalibus.

Cyperus rotundus, panicula sparsa, spicis strigosis ferrugineis. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 116. t. 74. f. 23.

Habitat in paludibus Jamaicæ, Virginiae.

Radix subrotunda. Umbellæ radii simplices, erectiusculi, instructi spiculis linearibus, longiusculis, ferrugineis, confertissimis, numerosissimis, horizontaliter a pedunculo communi patentibus vel etiam deorsum flexis.

15. **CYPERUS** culmo triquetro nudo, umbella simplici *Papyrus.*
foliosa, pedunculis simplicissimis distiche spicatis. *Roy. lugdb. 50.*

Cyperus omnium maximus Papyrus dictus. (Mont. gram. 14.), locustis minimis. Mich. gen. 44. t. 19.

Cyperus enodis nudus, culmis e vaginis brevibus prodeuntibus, spicis tenuioribus. Scheuch. gram. 387.

Cyperus niloticus vel syriacus maximus papyraceus. Moris. hist. 3. p. 239. f. 8. t. 11. f. 41.

Papyrus syriaca & siciliana. Baub. pin. 12. theatr. 333.

Habitat in Calabria, Sicilia, Syria, Ægypto.

SCIRPUS.

* * *Spica unica.*

articulatus.

1. **Scirpus** culmo tereti nudiusculo femigeniculato, capitulo glomerato laterali.

Tsieli. Rheed. mal. 12. p. 135. t. 71.

Habitat in Malabariæ aquosis arenosis.

Culmus cavus, geniculis cinctus, at non undique. Spicæ laterales in capitulum semiverticillatum collectæ.

palustris.

2. **SCIRPUS** culmo tereti nudo, spica subovata imbricata. *Fl. suec. 41. Dalib. paris. 16.*

Scirpus culmo nudo, spica terminali subovata. Roy. lugdb. 48.

Scirpus equiseti capitulo majore. T. Scheuchz. gram. 360. Fl. lapp. 19.

Juncus palustris, capitulo equiseti, major. Baub. pin. 12.

Habitat in Europæ fossis & inundatis.

3. **SCIRPUS**

- geniculatus.* 3. SCIRPUS culmo tereti nudo, spica subglobosa terminali. Scirpus culmo nudo, spica terminali subrotunda. *Hort. cliff.* 21. * *Roy. lugdb.* 48. Juncus aquaticus geniculatus, capitulis equiseti major & minor. *Sloan. jam.* 37. *hist.* 1. p. 122. t. 75. f. 2. & t. 81. f. 3. *Raj. suppl.* 628. *Habitat in Jamaica.*
- cespitosus.* 4. SCIRPUS culmo striato nudo, spica bivalvi terminali longitudine calycis, radicibus squamula interstinctis. *Fl. suec.* 42. *Dalib. paris.* 17. Scirpus folio culmi unico. *Fl. lapp.* 20. *Roy. lugdb.* 49. Scirpus montanus, capitulo brevior. *Scheuch, gram.* 363. t. 7. f. 18. *Habitat in Europæ paludibus cespitosis sylvaticis.* &
- capitatus.* 5. SCIRPUS culmo tereti nudo setiformi, spica subglobosa. Scirpus culmo setaceo nudo, spica subglobosa. *Gron. virg.* 12. *Habitat in Virginia.*
- acicularis.* 6. SCIRPUS culmo tereti nudo setiformi, spica ovata bivalvi, feminibus nudis. *Fl. suec.* 43. *Dalib. paris.* 17. Scirpus magnitudine aciculæ. *Fl. lapp.* 21. *Roy. lugdb.* 49. Juncellus minimus, capitulis equiseti. *Pluk. alm.* 201. t. 40. f. 7. *Moris. hist.* 3. p. 234. f. 8. t. 10. f. 37. *Habitat in Europa sub aquis purioribus.*
- fluitans.* 7. SCIRPUS culmis teretibus nudis alternis, caule folioso flaccido. Scirpus foliis linearibus planis alternatim fasciculatis, spica terminali. *Guet. stamp.* 141. Scirpus caule folioso flaccido, scapis alternis capitatis. *Roy. lugdb.* 49. *Sauv. monsp.* 9. Scirpus equiseti capitulo minori. *T. Scheuch. gram.* 365. t. 7. f. 20. Juncellus, capitulis equiseti, minor fluitans. *Bauh. pin.* 12. *prodr.* 23. *theatr.* 187. Gramen junceum clavatum minimum. *Raj. hist.* 1310. *Moris. hist.* 3. p. 230. f. 8. t. 10. f. 31. *Pluk. alm.* 180. t. 35. f. 1. *Habitat in Angliæ, Galliæ udis.*
- * * Culmo tereti polystachio.
- lacustris.* 8. SCIRPUS culmo tereti nudo, spicis ovatis pluribus, pedunculatis terminalibus. *Fl. suec.* 40. *Dalib. paris.* 16. Scir-

Scirpus spicis copiosis. *Roy. lugdb.* 48.

Juncus maximus s. scirpus major. *Bauh. pin.* 12. *theatr.* 178.

Habitat in Europæ aquis puris stagnantibus & fluvialibus.

9. SCIRPUS culmo tereti nudo, spicis subglobosis glomeratis pedunculatis, involucro diphylo inaequali mucronato. *Holoscænus.*

Scirpus panicula solum foliosa, spicis globosis pedunculatis lateralibus. *Sauv. monsp.* 8.

Juncus acutus maritimus, capitulis rotundis. *Bauh. pin.* 11. *theatr.* 17.

Scirpoides maritimum, capitulis sparsis glomeratis. *Scheuch. gram.* 371.

Holoschoenus. *Dalech. hist.* 987.

Habitat in Europa australi.

10. SCIRPUS culmo tereti nudo, capitulo laterali conglobato, bractea reflexa. *romanus.*

Scirpus capitulo singulari, radice tomentosa. *Barr. rar.* 1249. *t.* 255. *f.* 3.

Scirpoides acutum maritimum, capitulo glomerato solitario. *Scheuch. gram.* 373. *Mich. gen.* 52.

Habitat in Galloprovincia & Romæ. 2

11. SCIRPUS culmo nudo setaceo, spicis lateralibus subsolitariis sessilibus. *it. scan.* 227. *

Scirpus culmo nudo setaceo, spicis pedunculatis. *Roy. lugdb.* 49.

Scirpus omnium minimus, capitulo brevior. *T. Scheuch. gram.* 358.

Juncellus omnium minimus. *Moris. hist.* 3. *p.* 232. *f.* 8. *t.* 10. *f.* 23.

Habitat in Europæ litoribus maritimis.

12. SCIRPUS culmo tereti nudo, spicis sessilibus in medio culmo glomeratis. *Dalib. paris.* 16. †

Scirpus supinus minimus, capitulis conglobatis, foliis rotundo-teretibus. *Tournef. inst.* 528.

Habitat Parisiis.

13. SCIRPUS culmo nudo capillari, spicis pedunculatis sessilibusque lateralibus. *capillaris.*

Scirpus culmo teretiusculo seminudo, spicis capitatis sessilibus, involucro diphylo setaceo. *Fl. zeyl.* 39.

Cyperus culmo tereti spicas infra apicem ferente. *Hort. cliff.* 21.

Gramen junceum perpusillum, capillaceis foliis, æthiopicum. *Pluk. alm.* 179. t. 300. f. 5.

Gramen pusillum, junci capitulis minimis, ad basin foliolis binis acutis. *Burm. zeyl.* 108. t. 47. f. 2.

Habitat in Virginia, Æthiopia, Zeylona.

* * * *Culmo triquetro, panicula nuda.*

mucronatus. 14. SCIRPUS culmo triquetro nudo acuminato, panicula conglomerata nuda.

Scirpo-Cyperus maritimus. Mich. gen. 47. ord. c. 2. 3.

Juncus acutus maritimus, caule triangulo. Barb. pin. 11. prodr. 22. *Moris. hist.* 3. p. 232. f. 8. t. 10. f. 20.

Juncus acutus maritimus, caule triquetro rigido & molli. Pluk. alm. 200. t. 40. f. 1. 3.

Habitat in Angliæ, Italiæ, Helvetiæ, Virginiae stagnis maritimis.

dichotomus. 15. SCIRPUS culmo triquetro nudo, umbella decomposita, spicis dichotomiæ sessilibus. *Fl. zeyl.* 40. *

Gramen Cyperoides maderaspatanum, juncelli gesneri capitulis sparsis. *Pluk. alm.* 179. t. 119. f. 3.

Habitat in India.

echinatus. 16. SCIRPUS culmo triquetro nudo, umbella simplici, spicis ovatis. *Fl. zeyl.* 38. *

Cyperus floribus capitatis erectis pedunculatis. Gron. virg. 12.

Gramen Cyperoides americanum, spicis grandioribus oblongo-rotundis, sparganii in modum echinatis, ad summum caulem pediculis longis innitentibus. *Pluk. alm.* 179. t. 91. f. 4.

Habitat in India utraque.

retrofractus. 17. SCIRPUS culmo triquetro, umbella simplici: spicarum flosculis retrofractis.

Pyrola rotundifolia palustris, flore unico ampliore. *Morris. hist.* 3. p. 505. f. 12. t. 10. f. 3.

Habitat in Europæ uliginosis. 4

PENTAGYNIA.

ARALIA.

1. ARALIA arborescens, caule foliolisque aculeata. *Vir. spinosa. cliff.* 26. *Gron. virg.* 34.

Aralia caule aculeato. *Hort. cliff.* 113. *Roy. lugdb.* 92.

Angelica arborescens spinosa f. Arbor indica fraxini folio, cortice spinoso. *Comm. hort.* 1. p. 89. t. 47.

Christophoriana arbor aculeata virginienensis. *Pluk. alm.* 98. t. 20.

Habitat in Virginia. 5

2. ARALIA caule petiolisque aculeatis, foliolis inermibus villosis.

Habitat in China. *Osbeck.*

Caulis simplex, aculeis spinosissimus, nudus, in summitate tantum foliosus. Petioli compositi, tripartiti, aculeati, villosi. Folia partialia pinnata & insuper foliola 2 ad ramificationes petioli. Foliola s. pinnae ovatae, serratae, subtus praesertim villosae, duplo majores, quam in precedente. Panicula ramosa umbellulis numerosis. Differt itaque a precedenti, quod nulli aculei in foliolis per discum secundum venas adpersi; quod folia non glabra sed duplo majora. Habitus etiam diversus.

3. ARALIA caule folioso herbaceo laevi. *Hort. ups.* 70. *racemosa. Cold. noveb.* 67.

Aralia racemis umbelliferis lateralibus. *Vir. cliff.* 26.

Aralia ex alis florifera. *Hort. cliff.* 113. *Roy. lugdb.* 92.

Panaces carpimon f. racemosa canadensis. *Corn. canad.* 74. t. 75. *Barr. ic.* 705.

Christophoriana canadensis racemosa & ramosa. *Morif. hist.* 1. p. 9. f. 1. t. 2. f. 9.

Habitat in Canada. ♀

nudicaulis. 4. ARALIA caule nudo. *Hort. cliff.* 113. *Gron. virg.* 34. *Roy. lugdb.* 94.

Aralia caule nudo, radice repente. *Cold. noveb.* 66.

Christophoriana virginiana, zarzæ radicibus furculosis & fungosis. *Pluk. alm.* 98. t. 238. f. 5.

Habitat in Virginia, simillima (forte eadem) in Iava. ♀

BARRERIA.

capensis. 1. BARRERIA.

Erica capitata f. nodiflora, corios foliis rectis, æthiopica. *Pluk. mant.* 69. t. 346. f. 7.

Habitat in Æthiopia. ♂

Frutex; Rami per spatia determinata conferti, erecti, rufescentes, adpersi pilis albis. Folia alterna, approximata, ovato-lanceolata, integerrima, pilis albis velut ciliata; Capitula florum terminalia; Simillima est habitu Diosmæ ciliatæ.

STATICE.

Armeria. 1. STATICE caule nudo simplici capitato. *Hort. cliff.* 115. *Fl. suec.* 253. *Gron. virg.* 150. *Roy. lugdb.* 194.

Limonium aphylocaulon gramineum globosum. *Morif. hist.* 3. p. 601. f. 15. t. 1. f. 29.

Caryophyllus montanus major, flore globofo. *Baub. pin.* 211.

β. Caryophyllus montanus minor. *Baub. pin.* 211.

Habitat in Europæ & Americæ septentrionalis campis. ♀

Limonium. 2. STATICE caule nudo paniculato tereti, foliis lævibus.

Statice caule nudo ramoso. *Hort. cliff.* 115. *Fl. suec.* 254. *Gron. virg.* 150. *Roy. lugdb.* 192.

Limonium maritimum majus. *Baub. pin.* 192.

β. Limonium maritimum minus, oleæ folio. *Baub. pin.* 192.

γ. Statice foliis obverse-ovatis glabris, caule nudo ramoso. *Sauv. monsp.* 15.

Limonium parvum, bellidis minoris folio. *Baub. pin.* 192. ♂. Limo-

2. *Limonium maritimum minimum.* *Baub. pin.* 192.
prodr. 99. *Bocc. sic.* 25. t. 19.
Habitat in Europæ & Virginiae maritimis. ♀
3. STATICE caule nudo paniculato foliis spathulatis re- *cordata,*
 tuis. *Sauv. monsp.* 15. †
Limonium maritimum minus, foliis cordatis. *Baub. pin.*
 192. *prodr.* 99.
Limonium minimum cordatum f. folio retuso. *Barr.*
ic. 805.
Habitat ad maris Mediterranei litora. ♀
4. STATICE caule nudo paniculato tereti, foliis tuber- *echioides.*
 culatis.
Statice foliis obverse-ovatis verrucosis, caule ramoso
nudo. *Sauv. monsp.* 15,
Limonium minus annuum bullatis foliis. *Magn. monsp.*
 157. t. 156.
Habitat Monspeli. ☉
5. STATICE caule subnudo paniculato prostrato, ramis *reticulata,*
 sterilibus retroflexis nudis, foliis cuneiformibus.
Statice foliis obverse-ovatis, ramis nudis humifusis,
intricatis. *Sauv. monsp.* 15.
Limonium minus, virgulis retiformiter se invicem im-
plicatis. *Pluk. alm.* 221. t. 42. f. 4.
Limonium reticulatum. *Raj. hist.* 396. *Bocc. sic.* 82.
 t. 44.
Habitat in Melita.
6. STATICE caule subnudo dichotomo ancipiti, foliis *speciosa,*
 lanceolatis mucronatis, floribus aggregatis.
Limonium foliis lanceolatis mucronatis radicalibus,
caule ancipiti dichotomo, stipulis simplicibus. *Hort.*
ups. 71. *Gmel. sibir.* 2. p. 221. t. 91. f. 1.
Limonium floribus elegantissimis. *Raj. hist.* 397.
Limonium elatius, plantaginis foliis procumbentibus in
aculeum terminatis, floribus albis in capitula conge-
gestis. *Amm. ruth.* 129.
Habitat in Tataria. ♂
7. STATICE caule subnudo dichotomo, foliis lanceo- *tatarica,*
 latis mucronatis, floribus alternis distantibus. *Gmel.*
sibir. 2. p. 223. t. 92.
Limonium orientale, plantaginis folio, floribus umbel-
latis. *Tournef. cor.* 25. *Boerb. lugdb.* 1. p. 76. t. 76.
Limonium elatius, plantaginis foliis procumbentibus in

aculeum terminatis, floribus albis spicatis. *Amm. ruth.*
130.

Habitat in Tataria. ♂

Echinus.

8. STATICE caule nudo paniculato, foliis subulatis mucronatis.

Limonium foliis caulinis subulatis pungentibus. *Roy. lugdb.* 192.

Limonium orientale frutescens, caryophylli folio in aculeum rigidissimum abeunte. *Tournef. cor.* 25.

Limonium cespitosum, foliis aculeatis. *Buxb. cent.* 2. p. 18. t. 10.

β. Limonium græcum, juniperi folio. *Tournef. cor.* 25.

Echinus f. Tragacantha altera. *Alp. exot.* 57. t. 56.

Habitat in Græciæ & Mediæ desertis.

flexuosa.

9. STATICE caule nudo ramoso flexuoso, corymbis terminalibus, foliis nervosis. *Gmel.*

Statice foliis ovalibus muticis nervosis, caule nudo alternatim ramoso flexuoso, corymbis terminantibus.

Gmel. sibir. 2. p. 217. t. 89. f. 1.

Habitat in Sibiria.

suffruticosa.

10. STATICE caule fruticoso: superne nudo ramoso, capitulis sessilibus, foliis lanceolatis vaginantibus.

Statice foliis e lanceolato-linearibus caulinis basi vaginantibus, capitulis alternis sessilibus. *Gmel. sibir.* 2. p. 216. t. 88. f. 2. 3.

Habitat in Sibiria. D. Gmelin. ♀

monopetala.

11. STATICE caule fruticoso folioso, floribus solitariis, foliis lanceolatis vaginantibus.

Statice foliis caulinis lanceolato-linearibus. *Hort. cliff.* 116. *Roy. lugdb.* 192.

Limonium lignosum. *Bocc. sic.* 34. 35. t. 16. 17.

Habitat in Sicilia.

aurea.

12. STATICE caule fruticoso folioso ramoso, foliis subulatis.

Statice caulibus fruticosis teretiusculis, foliis subulatis caulinis, floribus ex corymboso fasciculatis. *Gmel. sibir.* 2. p. 218.

Limonium maritimum humile, ephedræ facie, calycibus florum aureis. *Amm. ruth.* 132. t. 18. f. 2.

Habitat in Dauriæ campis montosis.

sinuata.

13. STATICE foliis radicalibus alternatim pinnato-sinuatis:

atis: caulinis ternis triquetris subulatis decurrentibus.

Hort. ups. 71.

Statice foliis caulinis decurrentibus. *Hort. cliff.* 116.

Limonium peregrinum, foliis asplenii. *Bauh. pin.* 192.

Limonii species. *Rauw. itin.* 313. t. 314.

Limonium rauwolfianum. *Clus. cur.* 33. t. 33.

β. Limonium africanum, caule elato, foliis integris hirsutis, petalo pallide flavo, calyce amœne purpureo. *Mart. cent.* 48. t. 48.

Habitat in Sicilia, Palæstina, Africa. ♂

LINUM.

* *Foliis alternis.*

1. LINUM calycibus capsulisque mucronatis, petalis cre- usitati
natis, foliis lanceolatis alternis, caule subfolitario.

Linum ramis foliisque alternis lineari-lanceolatis, radice annua. *Hort. cliff.* 114. *Roy. lugdb.* 433.

Linum foliis alternis lanceolatis integerrimis, calycibus acuminatis angulatis, capsulis mucronatis. *Hort. ups.* 71. *Mat. med.* 156.

Linum arvense. *Bauh. pin.* 214. *Raj. hist.* 1073.

β. Linum sativum. *Bauh. pin.* 214.

γ. Linum sativum humilius, flore majore. *Boerb. lugdb.* 1. p. 284.

ζ. Linum sativum latifolium africanum, fructu majore. *Tournef. inst.* 339.

Habitat hodie inter segetes Europæ australis. ☉

2. LINUM calycibus capsulisque obtusis, foliis alternis perenne
lanceolatis integerrimis.

Linum foliis alternis lanceolatis integerrimis, calycibus apice obtusis, capsulis muticis. *Hort. ups.* 72.

Linum perenne, ramis foliisque alternis lineari-lanceo-
tis. *Hort. cliff.* 114. *Roy. lugdb.* 434. *Sauv. monsp.* 53.

Linum perenne majus cæruleum, capitulo majore. *Morif. hist.* 2. p. 573.

Linum sylvestre cæruleum perenne erectius, flore & ca-
pitulo majore. *Raj. angl.* 3. p. 362.

Habitat in Sibiria et Cantabrigiæ &

3. LINUM calycibus hirsutis acuminatis sessilibus alternis, hirsutis
caule corymbofo.

Linum sylvestre latifolium hirsutum cæruleum. *Bauh. pin.* 339. *Morif. hist.* 2. p. 573. f. 5. t. 26. f. 5.

Raj. hist. 1073.

Linum sylvestre latifolium. *Clus. hist. i. p. 317.*
Habitat in Austriae, Tatariae editis graminosis.

narbonense. 4. LINUM calycibus acuminatis, foliis lanceolatis sparsis strictis scabris acuminatis, caule tereti basi ramoso. Linum sylvestre caeruleum, folio acuto. *Bauh. pin. 214. prodr. 107. Raj. hist. 1073.*
 Linum sylvestre angustifolium, caeruleo amplo flore. *Magn. monsp. 161. Sauv. monsp. 54.*
Habitat in Galloprovincia, Monspetii, unde Burserus attulit C. Baubino. 4

tenuifolium. 5. LINUM calycibus acuminatis, foliis sparsis linearifoliateis retrorsum scabris.

Linum perenne, foliis angustioribus, calyce aristato. *Hall. belv. 371.*

Linum sylvestre angustifolium, flore magno. *Bauh. pin. 214.*

Linum sylvestre V. angustifolium. *Clus. hist. i. p. 318.*

β. Linum sylvestre angustifolium, flore magno intenso caeruleo. *Tournef. inst. 340.*

γ. Linum sylvestre angustifolium, flore magno violaceo. *Tournef. inst. 340.*

δ. Linum sylvestre angustifolium, flore magno lineis purpureis distincto. *Tournef. inst. 340.*

ε. Linum sylvestre angustifolium, flore magno caeruleo & velut cinereo. *Tournef. inst. 340.*

Lini sylvestris V. angustifolii aliud genus. *Clus. hist. i. p. 318.*

ζ. Linum sylvestre angustifolium, floribus dilute purpurascens vel carneis. *Bauh. pin. 214.*

Linum sylvestre VI. angustifolium. *Clus. hist. i. p. 318.*

Linum oxyphyllum multicaule. *Bocc. mus. 2. p. 169. t. 125.*

η. Linaria, capillaceo folio, altera. *Bauh. pin. 213.*

θ. Linum angustifolium album, ramusculis per terram sparsis. *Tournef. inst. 340.*

Habitat in Galliae, Helvetiae aridis herbosis. 4

austriacum. 6. LINUM calycibus rotundatis obtusis, foliis linearibus acutis.

Linum sylvestre angustifolium, foliis rarioribus. *Bauh. pin. 214.*

Linum sylvestre II. *Tabern. ic. 822.*

Habitat in Austria inferiore.

7. LINUM calycibus acutis alternis, capsulis muticis, pa-^{virginianum}
nicula filiformi, foliis alternis lanceolatis: radicalibus
ovatis.
Linum ramis foliisque alternis lanceolatis sessilibus ner-
vo longitudinali instructis. *Gron. virg.* 35.
Habitat in Virginia, Pennsylvania.
Caulis filiformis, pedalis, paniculatus. Folia radicalia o-
valia, integerrima, laevia; caulina alterna, lanceolata.
Flores alterni: pedunculis brevissimis. Calyces acuti.
Capsulæ globosæ, muticæ; Corollæ luteæ.
8. LINUM calycibus acutis, foliis lineari-lanceolatis al-^{trigynum.}
ternis, paniculæ pedunculis bifloris.
Linum foliis lineari-lanceolatis, pedunculis bifidis, flo-
ribus luteis. *Sauv. monsp.* 53.
Linum sylvestre minus, flore luteo. *Baub. pin.* 214.
Habitat in Monspelii. D. Sauvages.
Planta spithamea. Caules ad basin sæpe ramos duos op-
positos exserunt. Corolla flava, rotata, tubo supra ba-
sin coherente longitudine calycis. Pistilla in hoc sæpi-
us 3 observavit *Ill: Sauvages.*
9. LINUM calycibus subserrato-scabris lanceolatis sub-^{flavum.}
sessilibus, panicula ramis dichotomis.
Linum sylvestre latifolium luteum. *Baub. pin.* 214.
Linum latifolium luteum. *Baub. hist.* 3. p. 454.
Linum sylvestre III. latifolium. *Clus. hist.* 1. p. 317.
Habitat in Austria.
10. LINUM calycibus foliisque lanceolatis strictis mu-^{strictum.}
cronatis: margine scabris.
Linum foliis asperis umbellatum luteum. *Magn. monsp.*
164. *Raj. hist.* 1076. *Sauv. monsp.* 53.
Lithospermum, linariæ folio, monspeliensium. *Baub.*
pin. 259.
Passerina lobelii. *Baub. hist.* 3. p. 454.
Habitat in Monspelii, Hispaniæ, Siciliæ squalidis. ☉
11. LINUM foliis linearibus acutis scabris, caulibus suf-^{suffrutico-}
fruticosis. ^{sum.}
Linum angustifolium fruticosum valentinum, foliis ri-
gidis & aculeatis. *Tournef. inst.* 340.
Habitat in Regno Valentino.
12. LINUM foliis cuneiformibus, caulibus arborescenti-^{arborescenti-}
bus. ^{arborescenti-}

Linum arboreum, *Alp. exot.* 19. t. 13.
Habitat in Creta. †

campanula-
tum.

13. LINUM foliorum basi utrinque puncto glanduloso.
 Linum foliis imis spathulatis, floribus luteis. *Sauv. monsp.*
 76.

Linum sylvestre luteum, foliis subrotundis. *Baub. pin.*
 212. *Tournef. inst.* 340. *Magn. char.* 261.

Campanula lutea linifolia montis lupi, flore volubilis.
Lob. ic. 414.

Campanula linifolia lutea. *Baub. hist.* 2. p. 817.

*Habitat in Galloprovinciæ montibus, Monspeli in mon-
 te lupi.* †

Facies a Lino diversa, stamina unita basi reddunt plan-
 tam dubiam, quam accuratius examinent, qui vivam
 adire queunt.

maritimum.

14. LINUM calycibus ovatis acutis muticis, foliis lance-
 olatis: inferioribus oppositis.

Linum caule simplici, ramis foliisque inferioribus oppo-
 sitis lineari-lanceolatis. *Hort. cliff.* 114. * *Roy. lugdb.*
 434. *Sauv. monsp.* 147.

Linum foliis ovatis, floribus racemosis. *Guett. stamp.* 2.
 p. 499.

Linum maritimum luteum. *Baub. pin.* 214.

Linum luteum narbonense. *Baub. hist.* 3. p. 454. *Raj.*
hist. 1074.

Linum sylvestre. *Dod. pempt.* 534.

Habitat in Austria ad Thermas badenses, Monspeli.

* * Foliis oppositis.

africanum.

15. LINUM foliis oppositis lineari-lanceolatis, floribus
 terminalibus pedunculatis. *Roy. lugdb.* 434.

Linum africanum luteum, foliis conjugatis. *Boerb. lugdb.*
 1. p. 284.

Habitat in Africa.

nodiflorum.

16. LINUM foliis oppositis lanceolatis, floribus alternis
 sessilibus, caule simplici. *Hort. cliff.* 114.

Linum luteum ad singula genicula floridum. *Baub. pin.*
 214. *Moris. hist.* 3. p. 574. f. 5. t. 26. f. 11. *Raj.*
hist. 1026.

Linum luteum sylvestre latifolium. *Column. ecphr.* 2.
 p. 79. t. 80.

Habitat in Italiæ pratis argillosis.

17. LINUM foliis oppositis ovato-lanceolatis caule dichotomo, corollis acutis. *Hort. cliff.* 372. *Fl. suec.* 255. *Mat. med.* 157. *Roy. lugdb.* 434. *catbarticum.*
 Linum pratense, flosculis exiguis. *Baub. pin.* 214.
 Spergula bifolia, lini capitulis. *Loes. pruss.* 261. t. 86.
Habitat in Europæ septentrionalis pascuis succulentis. ☉
18. LINUM foliis oppositis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. *Hort. cliff.* 114. *Fl. suec.* 256. *Radiola.*
Roy. lugdb. 434.
 ChamæLinum vulgare. *Vaill. paris.* 33. t. 4. f. 6.
 Linocarpum, serpilli folio, multicaule & multiflorum. *Mich. gen.* 23. t. 21.
 Radiola vulgaris serpillifolia. *Raj. angl.* 3. p. 161. t. 15. f. 3.
 Polygonum minimum f. Millegrana minima. *Baub. pin.* 282.
Habitat in Europæ sabulo inundato. ☉
19. LINUM foliis quaternis. *quadrifolium.*
 Linum africanum, rubiæ foliis quaternis stellatis. *Raj.* *um.*
suppl. 525.
Habitat in Æthiopia.
20. LINUM foliis verticillatis. *verticillatum.*
 Linum sylvestre, flore cæcio, foliis verticillatis. *Bocc. mus.* 2. p. 49. t. 42. *Raj. suppl.* 524. *Barr. rar.* 685. t. 1226.
Habitat in Italia. ☉
Calyces & folia superiora villosa.

ALDROVANDA,

1. ALDROVANDA. *Mont. act. bonon.* 2. p. 3. p. 404. *vesiculosa.*
 t. 12.
 Lenticula palustris indica, foliis subrotundis binis capil-
 lamentis ad inum barbatis. *Pluk. alm.* 211. t. 41. f. 6.
Habitat in Italiæ & Indiæ paludosis. D. Monti.

DROSERA,

1. DROSERA scapis radicatis, foliis orbiculatis. *Fl. lapp. rotundifolia.*
 109. *Fl. suec.* 257. *Mat. med.* 158. *Fl. zeyl.* 120.
Gron. virg. 35. *Roy. lugdb.* 120.
 Ros folis folio rotundo. *Baub. pin.* 357.
 Salsifiora f. Ros folis. *Thal. herc.* t. 9. f. 1.
Habitat in Europæ, Asiæ, Americæ paludibus.

- longifolia.* 2. DROSERA scapis radicatis, foliis oblongis. *Fl. lapp.* 110. *Fl. suec.* 258. *Roy. lugdb.* 417.
Ros folis folio oblongo. *Bauh. pin* 357.
Salsiflora f. Sponsa folis f. Ros folis f. Rorella. *Tabl. herc.* 116. t. 9. f. 2.
Habitat in Europa ubique cum præcedente; an itaque satis diversa species?
- lusitanica.* 3. DROSERA scapis radicatis, foliis subulatis subtus convexis.
Ros folis lusitanicus, foliis asphodeli minoris. *Morif. hist.* 3. p. 620. f. 15. t. 4. f. 4. *Pluk. alm.* 323. t. 117. f. 2. *Raj. suppl* 551.
Habitat in Lusitania.
- capensis.* 4. DROSERA scapis radicatis, foliis lanceolatis.
Drosera foliis ad radicem longissimis, floribus spicatis. *Burm. afr.* 209. t. 75, f. 1.
Ros folis africanus, foliis prælongis, caule nudo altissimo. *Raj. suppl.* 515.
Ros folis africanus, folio lato & longo. *Herm. afric.* 19.
Habitat in Æthiopia.
- indica.* 5. DROSERA caule ramoso folioso, foliis linearibus. *Fl. zeyl.* 121.
Ros folis ramosus, caule folioso. *Burm. zeyl.* 207. t. 94. f. 1.
Araca-puda. *Rheed. mal.* 10. p. - - t. 20.
Habitat in India.

CRASSULA.

- coccinea.* 1. CRASSULA foliis planis cartilagineo-ciliatis basi connato-vaginantibus. *Vir. cliff.* 26. *Hort. cliff.* 116. *Roy. lugdb.* 454.
Cotyledon africana frutescens, flore umbellato coccineo. *Comm. rar.* 24. t. 24.
Habitat in Æthiopia. 5
- perfoliata.* 2. CRASSULA foliis lanceolato-subulatis sessilibus connatis canaliculatis: subtus convexis. *Hort. cliff.* 116. *Roy. lugdb.* 455,
Crassula altissima perfoliata. *Dill. elth.* 114. t. 96. f. 113.
Alocæ africana caulescens perfoliata glauca & non spinosa. *Comm. præl.* 74. t. 23.
Habitat in Æthiopia. 5

3. CRASSULA foliis subulatis obsolete tetragonis. *Hort. tetragona, cliff. 116. * Roy. lugdb. 455.*
Habitat in Æthiopia. h
4. CRASSULA foliis oppositis obtuse ovatis integerri- *cultrata.*
 mis: hinc angustioribus. *Hort. cliff. 496. Roy. lugdb.*
 455.
Crassula anacampserotis folio, Dill. elth. 115. t. 97 f.
 114.
Habitat in Æthiopia. h
5. CRASSULA foliis oppositis oblongis planiusculis di- *ciliatis.*
 stinctis ciliatis. *Hort. cliff. 496. Roy. lugdb. 455.*
Crassula caulescens, foliis sempervivi cruciatis, Dill.
elth. 116. t. 98. f. 116.
Habitat in Æthiopia. z
6. CRASSULA foliis oppositis patentibus scabris. *scabra.*
Crassula mesembryanthemi facie, foliis longioribus a-
speris. Dill. elth. 117. t. 99. f. 117.
Cotyledon africana frutescens, foliis asperis angustis a-
cuminatis, flore virescente. Mart. cent. 24. t. 24.
Habitat in Africa?
7. CRASSULA foliis serrato-dentatis planis alternis, *alternifolia.*
 caule simplicissimo, floribus pendulis. *Hort. cliff.*
 497. * *Roy. lugdb. 455.*
Cotyledon, flore luteo, media. Herm. lugdb. 191.
Habitat - - - - -
8. CRASSULA foliis subulatis radicatis, caule nudo. *nudicaulis.*
Hort. cliff. 116. Roy. lugdb. 455.
Crassula cespitosa longifolia. Dill. elth. 116. t. 98. f.
 115.
Habitat in Æthiopia. z
9. CRASSULA caule flaccido prolifero determinate-fo- *orbicularis.*
 liofo, foliis patentissimis imbricatis. *Hort. cliff. 496.*
Roy. lugdb. 455.
Crassula orbicularis repens, foliis sempervivi. Dill. elth.
 119. t. 100. f. 118.
Habitat in Æthiopia. z
10. CRASSULA caule flaccido repente, foliis oppositis. *pellucida.*
Crassula, portulacæ facie, repens. Dill. elth. 119. t.
 100. f. 119.
Habitat in Æthiopia.

SURIANA.

*maritima.*1. SURIANA, *Hort. cliff.* 492.Suriana foliis portulacæ angustis, *Plum. gen.* 37.Thymelææ facie frutex maritimus tetraspermos, flore tetrapetalo. *Sloan. jam.* 138. *hist.* 2. p. 29. t. 162. f. 4.
Raj. dendr. 96.

Arbor americana, salicis folio, frondosa bermudiensis.

Pluk. alm. 44. t. 241. f. 5.*Habitat ad littora maris in Bermudis, Jamaica. b*

SIBBALDIA.

*procumbens.*1. SIBBALDIA foliolis tridentatis. *Fl. lapp.* III. *Fl.**suec.* 260. *Hall. helv.* 342. *Roy. lugd.* 276.Fragariæ affinis fericea incana. *Bauh. pin.* 327. *prodr.* 139.Fragariæ sylvestri affinis planta, flore luteo. *Sibb. scot.* 2. p. 25. t. 6. f. 1.Pentaphylloides fruticosum minimum procumbens, flore luteo. *Pluk. alm.* 284. t. 212. f. 3.*Habitat in Alpibus Lapponiæ, Helvetiæ, Scotiæ. z**erecta.*

2. SIBBALDIA foliolis linearibus multifidis.

Pentaphylloides foliis tenuissime laciniatis, flosculis carnis, *Amm. ruth.* 112. t. 15.*Habitat in Sibira D. Gmelin.*

POLYGYNIA.

MYOSURUS

minimus.

1. MYOSURUS.

Myosurus foliis integerrimis. *Hort. cliff.* 117. *Fl. suec.* 261. *Roy. lugdb.* 492.Holoosteo affinis Cauda muris. *Bauh. pin.* 190.Cauda muris. *Dod. pempt* 112.*Habitat in Europæ collibus apricis aridis. ©*

Classis VI.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

BROMELIA.

1. BROMELIA foliis ciliato-spinosis mucronatis, spica *Ananas* coxiosa.
 Bromelia foliis spinosis, fructibus connatis caulem cingentibus. *Hort. cliff.* 127. *Hort. ups.* 73. *Roy. lugdb.* 24.
Carabus brasiliensis, foliis aloës. *Bauh. pin.* 384.
Ananas acostæ. *Comm. hort.* 1. p. 109. t. 57.
Tappa-Tsiakka. *Rheed. mal.* II. p. 1. t. 1.
 2. *Ananas aculeatus*, fructu pyramidato: carne aurea. *Tournef. inst.* 653.
 3. *Ananas aculeatus*, fructu conico carne aurea. *Pluk. spec.* 20.
 4. *Ananas lucide virens*, folio vix serrato. *Dill. elth.* 25. t. 21. f. 22.
Ananas non aculeatus Pitta dictus. *Plum. spec.* 20.
Habitat in nova Hispania, Surinamo. ♀
2. BROMELIA foliis ciliato-spinosis mucronatis, race- *Pinguin* mo terminali.
 Bromelia foliis aculeatis, racemo laxo terminali. *Hort. cliff.* 129. *Roy. lugdb.* 25.
Ananas americana sylvestris altera minor. *Pluk. mant.* 29. t. 258. f. 4.
Pinguin. *Dill. elth.* 320. t. 240. f. 311.
Habitat in Jamaica, Barbados. ♀
3. BROMELIA foliis ciliato-spinosis mucronatis, pani- *Karatas* cula diffusa.
 Bromelia foliis spinosis oblique recurvis, fructibus dispersis racemosis. *Hort. ups.* 73.
Karatas foliis altissimis angustissimis & aculeatis. *Plum. gen.* 10?
Habitat in America meridionali. ♀
4. BROMELIA foliis serrato-spinosis obtusis, spicis al- *lingulato* ternis.

Bromelia ramosa & racemosa, foliis arundinaceis ferratis. *Plum. gen.* 26.

Habitat in America meridionali. 2

nudicaulis. 5. BROMELIA foliis radicalibus dentato-spinosis, caulibus integerrimis.

Bromelia pyramidata, aculeis nigris. *Plum. gen.* 46.

Habitat in America meridionali. 2

TILLANDSIA.

utriculata. 1. TILLANDSIA culmo paniculato.

Tillandsia foliis basi conniventibus in utriculum. *Hort. cliff.* 129.

Viscum caryophylloides maximum, flore tripetalo pallide luteo, femine filamentoso. *Sloan. jam.* 76. *hist.* 1. p. 188. *Raj. suppl.* 405.

Visci modo arboribus indicis adnascens. *Bauh. pin.* 423.

Caraguata multiplici spica, flore albo. *Plum. gen.* 10.

Habitat in Americæ meridionalis arboribus.

ferrata. 2. TILLANDSIA foliis superne dentato-spinosis.

Caraguata clavata & spicata, foliis ferratis. *Plum. gen.* 10.

Habitat in America meridionali.

lingulata. 3. TILLANDSIA foliis lineari-lingulatis integerrimis: basi ventricosis.

Caraguata latifolia & clavata. *Plum. gen.* 10.

Viscum caryophylloides maximum, capitulis in summitate conglomeratis. *Sloan. jam.* 77. *hist.* 1. p. 189. t. 120. *Raj. suppl.* 405.

Habitat in Americæ meridionalis arboribus vetustis.

tenuifolia. 4. TILLANDSIA foliis lineari-subulatis integerrimis imbricatis, spica simplici laxa. *Roy. lugdb.* 25.

Caraguata tenuifolia, paucioribus spicis. *Plum. gen.* 10.

Habitat in Americæ meridionalis arboribus.

RENEALMIA.

paniculata. 1. RENEALMIA foliis radicalibus brevissimis, caule subnudo, ramis subdivisis ascendentibus.

Renealmia ramosissima, foliis variegatis & circinatis. *Plum. gen.* 27.

Habitat in America meridionali.

polystachia. 2. RENEALMIA scapo spicis imbricatis lateralibus.

Viscum caryophylloides angustifolium, floribus cæruleis.

Gatesb. car. 2. p. 89. t. 89.?

Rene

- Renealmia spica multiplici, flore albo. *Plum. gen.* 37.
- β. Renealmia, spica multiplici, alia angustifolia. *Plum. gen.* 37.
Habitat in America calidiore.
3. RENEALMIA foliis linearibus reclinatis, scapo simplici imbricato, spica simplici. *monostachia.*
 Renealmia non ramosa squamata, & floribus niveis.
Plum. gen. 37.
Habitat in America meridionali.
4. RENEALMIA foliis subulatis scabris, pedunculis unifloris. *recurvata.* *Roy. lugdb.* 25.
 Viscum caryophylloides minus, foliis pruinae instar candidantibus, flore tripetalo purpureo, semine filamentoso. *Sloan. jam.* 77. *hist.* 1. p. 190. t. 120. f. 1. *Raj. suppl.* 406.
- β. Viscum caryophylloides minus, foliorum imis viridibus apicibus subrubicundis, flore tripetalo purpureo, semine filamentoso. *Sloan. jam.* 77. *hist.* 1. p. 190. t. 122.
Habitat in Jamaicae arboribus.
5. RENEALMIA filiformis intorta. *Hort. cliff.* 129. *usneoides.*
Gron. virg. 36. *Barr. equin.* 99. *Roy. lugdb.* 25.
 Viscum caryophylloides tenuissimum e ramis arborum musci in modum dependens, foliis pruinae instar candidantibus, flore tripetalo, semine filamentoso. *Sloan. jam.* 77. *hist.* 1. p. 191. t. 122. f. 2. 3. *Raj. suppl.* 406.
 Cuscuta, ramis arborum innascens, caroliniana, filamentis lanugine tectis. *Pluk. alm.* 126. t. 26. f. 5.
 Camanbaya. *Marcgr. bras.* 46. *Pet. gaz.* t. 62. f. 12.
Habitat in Virginiae, Jamaicae, Brasiliae arboribus.

BURMANNIA.

1. BURMANNIA spica gemina. *Burm. zeyl.* 50. t. 20. *disticha.*
 f. 1. *Fl. zeyl.* 128.
 Burmannia spica duplici. *Hort. cliff.* 128. *Roy. lugdb.* 125.
Habitat in Zeylonae paludosis
2. BURMANNIA flore gemmino. *biflora.*
 Burmannia flore duplici. *Hort. cliff.* 128.
 Burmannia scapo bifloro. *Gron. virg.* 36.
Habitat in Virginiae paludosis.

TRADESCANTIA

- virginiana*, 1. TRADESCANTIA. *Hort. cliff.* 127. *Hort. ups.* 73.
Gron. virg. 36. *Roy. lugdb.* 37.
 Ephemenum phalangoides tripetalum non repens virginianum gramineum. *Moris. hist.* 3. p. 606. f. 15. t. 2. f. 4.
 Allium f. Moly virginianum. *Bauh. pin.* 506.
Habitat in Virginia. ♀

PONTEDERIA

- ovata*, 1. PONTEDERIA foliis ovatis, floribus capitatis.
 Narukila. *Rheed. mal.* 11. p. 67. t. 34. *Raj. suppl.* 573.
Habitat in Malabariae aquosis. ♀
- cordata*, 2. PONTEDERIA foliis cordatis, floribus spicatis.
 Pontederia floribus spicatis. *Hort. cliff.* 133. *Gron. virg.* 37. *Roy. lugdb.* 37. *Cold. novab.* 69.
 Gladiolus lacustris virginianus cæruleus, sagittæ folio. *Pet. gaz.* 1. t. 1. f. 12.
 Sagittæ similis planta palustris virginiana, spica florum cærulea, *Moris. hist.* 3. p. 618. f. 15. t. 4. f. -
 Plantagini aquaticæ quodammodo accedens, floribus cæruleis hyacinthi spicatis. *Pluk. mant.* 152. t. 349. f. ult.
Habitat in Virginiae aquosis. ♀
- hastata*, 3. PONTEDERIA foliis hastatis, floribus umbellatis.
 Pontederia floribus umbellatis. *Fl. zeyl.* 129.
 Sagittæ quodammodo similis planta maderaspatana, floribus medio caule quasi ex utriculo prodeuntibus. *Pluk. alm.* 326. t. 220. f. 8. *Moris. hist.* 3. p. 618. f. 15. t. 4. f. 7.
 Caringola. *Rheed. mal.* 11. p. 91. t. 44.
Habitat in India. ♀

GALANTHUS.

- trivalis*, 1. GALANTHUS. *Hort. cliff.* 134. *Hort. ups.* 73.
Roy. lugab. 35.
 Leucojum bulbosum trifolium minus. *Bauh. pin.* 56.
 Erangelia. *Reneal. spec.* 97. t. 96.
Habitat ad radices Alpium Veronæ, Tridenti, Viennae. ♀

LEUCOJUM.

1. LEUCOJUM spatha uniflora, stylo clavato. *vernūm.*
 Leucojum. *Hort. cliff.* 13. *Hort. ups.* 74. *Roy. lugdb.* 35.
 Leucojum bulbosum vulgare. *Baub. pin.* 55.
 Oliganthemum. *Reueal. spec.* 99. t. 100.
Habitat in Germaniæ, Helvetiæ, Italiæ umbrosis pra-
tis, ad rivulos.
2. LEUCOJUM spatha multiflora, stylo filiformi. *Loest. autumnale.*
 Leucojum bulbosum autumnale. *Baub. pin.* 56.
 Leucojum bulbosum autumnale tenuifolium. *Clus. hist.*
1. p. 170.
 Leucojum bulbosum majus s. multiflorum. *Baub. pin.*
55.
Habitat in Lusitania. 2

NARCISSUS.

1. NARCISSUS spatha uniflora, nectarii limbo rotato *poëticus.*
 brevissimo. *Hort. ups.* 74.
 Narcissus foliis ensiformibus, floris nectario rotato bre-
 vissimo. *Hort. cliff.* 134. *Roy. lugdb.* 35. *Sauv.*
monsp. 17.
 Narcissus albus: circulo purpureo. *Baub. pin.* 48.
 Narcissus medio purpureus. *Dod. pempt.* 223.
 β. Narcissus medio purpureus multiplex. *Baub. pin.* 54.
Habitat in Gallia Narbonensi, Italia. 2
2. NARCISSUS spatha uniflora, nectarii limbo campa- *Pseudo Nar-*
 nulato erecto petalo æquale. *cissus.*
 Narcissus foliis ensiformibus, florum nectario longitu-
 dine petalorum. *Hort. cliff.* 134. *Hort. ups.* 74. *Roy.*
lugdb. 35. *Sauv. monsp.* 17.
 Narcissus sylvestris pallidus, calyce luteo. *Baub. pin.*
52.
 Narcissus luteus sylvestris. *Dod. pempt.* 227. f. 12.
Habitat in Angliæ, Hispaniæ, Italiæ nemoribus. 2
3. NARCISSUS spatha uniflora, nectario turbinato ma- *Bulbocodium*
 ximo, genitalibus declinatis.
 Narcissus foliis subulatis, nectario maximo patulo, ge-
 nitalibus declinatis. *Hort. cliff.* 134. *Roy. lugdb.* 35.
 Narcissus montanus alter, flore fimbriato. *Baub. pin.*
53.
 Narcissus montanus juncifolius, calyce aureo. *Baub.*
pin. 53.

Pseudo-Narcissus juncifolius 2, flavo flore. *Clus. hist.* 1. p. 166.

Habitat inter Ulyssiponem & Hispalim. 4

scrotinus.

4. NARCISSUS spatha uniflora, nectario brevissimo sexpartito. *Læsl.*

Narcissus albus autumnalis minimus. *Bauh. pin.* 51. *Rudb. elys.* 2. p. 64. f. 8.

Narcissus scrotinus. *Clus. hist.* 1. p. 162.

Narcissus autumnalis minor. *Clus. hisp.* 251. t. 252.

Habitat in Hispania. 4

Fouquilla.

5. NARCISSUS spatha multiflora, nectario campanulato brevi, foliis subulatis. *Hort. upf.* 75.

Narcissus foliis subulatis, florum nectario brevissimo. *Hort. cliff.* 134. *Roy. lugdb.* 35. *Sauv. monsp.* 19.

Narcissus juncifolius luteus minor. *Bauh. pin.* 51.

Narcissus juncifolius, oblongo calyce, luteus major. *Bauh. pin.* 51.

Narcissus juncifolius minor & 2. *Clus. hist.* 1. p. 60.

Habitat inter Hispalim & Gades inter Guadalopam & Toletum in uliginosis. 4

Taxetta.

6. NARCISSUS spatha multiflora, nectario campanulato, foliis planis. *Hort. upf.* 74.

Narcissus foliis ensiformibus, florum nectario campanulato erecto petalis longe brevioribus. *Hort. cliff.* 134. *Roy. lugdb.* 35.

Narcissus medio-luteus, copioso flore: odore gravi. *Bauh. pin.* 50.

Narcissus luteus polyanthos lusitanicus. *Bauh. pin.* 50.

Narcissus flore pleno, 1. 2. *Clus. hist.* 1. p. 50.

Habitat in Gallia Narbonensis, Lusitania, Hispania maritima. 4

PANCRATIUM.

zeylanicum.

1. PANCRATIUM spatha uniflora, petalis reflexis. *Fl. zeyl.* 126.

Narcissus zeylanicus, flore albo hexagono odorato. *Herm. lugdb.* 691. t. 693. *Comm. hort.* 1. p. 75. t. 38.

Catulli-pola. Rheed. mal. 11. p. - t. 40.

Habitat in India. 4

mexicanum.

2. PANCRATIUM spatha biflora. *Hort. cliff.* 133. *Roy. lugdb.* 34.

Pau-

- Pancratium mexicanum, flore gemello candido. *Dill. elth.* 299. *t.* 222. *f.* 289.
Habitat in Mexico. ♀
3. PANCRATIUM spatha multiflora, foliis lanceolatis. *caribæum.*
Hort. cliff. 133.
 Narcissus americanus, flore multiplici albo hexagono odorato. *Comm. hort.* 2. *p.* 173. *t.* 87.
 Narcissus totus albus latifolius polyanthos major odoratus. *Sloan. jam.* 115. *hist.* 1. *p.* 244. *Mart. cent.* 27. *t.* 27.
Habitat in Jamaica, Caribæis. ♀
4. PANCRATIUM spatha multiflora, petalis planis, foliis lingulatis. *maritimum.*
 Narcissus maritimus. *Bauh. pin.* 34.
 Lilio-Narcissus albus maritimus minor. *Morif. hist.* 2. *p.* 365. *f.* 4. *t.* 10. *f.* 28. *
 Hemerocallis valentina. *Clus. hist.* 1. *p.* 167.
Habitat in Hispaniæ maritimis circa Valentiam & infra Monspelim. ♀
5. PANCRATIUM spatha multiflora, foliis linearibus, staminibus nectarii longitudine. *Carolinianum.*
 Lilio-Narcissus polyanthos, flore albo. *Catesb. car.* 3. *p.* 5. *t.* 5.
Habitat in Jamaica, Carolina. ♀
6. PANCRATIUM spatha multiflora, foliis ensiformibus, staminibus nectario longioribus. *illyricum.*
 Narcissus illyricus liliaceus. *Bauh. pin.* 55. *Seb. thes.* 1. *p.* 17. *t.* 8. *f.* 1.
 Lilionarcissus hemerocallidis facie. *Best. eyst. vern.* 3. *t.* 16. *f.* 1.
Habitat in Illyria? ♀
7. PANCRATIUM spatha multiflora, foliis ovatis nervosis. *amboinense.*
 Narcissus amboinensis, folio latissimo subrotundo. *Comm. hort.* 1. *p.* 77. *t.* 39.
Habitat in Ambonia. ♀

CRINUM.

1. CRINUM foliis ovato-lanceolatis acuminatis sessilibus latifolium planis.
 Siovanna-pola-tali. *Rheed. mal.* 11. *p.* 77. *t.* 39.
Habitat in Asiæ arenosis. ♀

Folia. 3. s. 4. digitos transversos lata, a basi sensim attenuata. Antheræ filiformes, lineares, incumbentes, longitudine dimidii filamenti s. corollæ.

asiaticum.

2. CRINUM foliis carinatis. *Fl. zeyl.* 127.
Lilium zeylanicum bulbiferum & umbelliferum. *Herm. lugdb.* 682. t. 683.
Tanghekolli. *Rheed. mal.* 11. p. 75. t. 38.
Habitat in Malabaria, Zeylona. ♀

americanum

3. CRINUM corollarum apicibus introrsum ungviculatis.
Crinum. *Hort. cliff.* 127. *Hort. upf.* 76. *Roy. lugdb.* 37.
LilioAsphodelus americanus sempervirens maximus polyanthus albus. *Comm. rar.* 14. t. 14. *Dill. elth.* 194. t. 160. f. 195.
β. LilioAsphodelus americanus sempervirens minor albus. *Comm. rar.* 15. t. 15.
Habitat in America. ♀

africanum.

4. CRINUM foliis sublanceolatis planis, corollis obtusis. Polianthes floribus umbellatis. *Vir. cliff.* 29. *Hort. cliff.* 126. *Roy. lugdb.* 27.
Hyacinthus africanus tuberosus, flore cæruleo umbellato. *Breyn. prodr.* 1. p. 39. *icon.* 23. t. 10. *Comm. hort.* 1. p. 133. t. 67. *Seb. thes.* 1. p. 29. t. 19. f. 4.
Hyacintho affinis, tuberosa radice, africana, umbella cærulea inodora. *Pluk. alm.* 187. t. 195. f. 1.
Habitat in Æthiopia.

AMARYLLIS.

lutea.

1. AMARYLLIS spatha uniflora, corolla æquali, staminibus declinatis. *Hort. cliff.* 135. *Roy. lugdb.* 36.
Narcissus autumnalis major. *Clus. hist.* 1. p. 164.
Colchicum luteum i. majus. *Baub. pin.* 69.
Habitat in Hispania, Italia, Thracia. ♀

Atamasca.

2. AMARYLLIS spatha uniflora, corolla æquali, pistillo declinato. *Hort. cliff.* 135. *Gron. virg.* 36. *Roy. lugdb.* 36.
LilioNarcissus virginienensis. *Catesb. car.* 3. p. 12. t. 12.
LilioNarcissus liliflorus carolinianus, flore albo singulari cum rubedine diluto. *Pluk. alm.* 220. t. 43. f. 3.
LilioNarcissos indicus pumilus monanthos albus. *Moris. hist.* 2. p. 266. f. 4. t. 24. f. 4.
Habitat in Virginia. ♀

3. AMA-

3. AMARYLLIS spatha uniflora, corolla inæquali, ge-*formosissima.*
 nitalibus declinatis. *Hort. cliff.* 135. *Hort. ups.* 75.
Act. stockh. 1742. p. 93. t. 6. *Roy. lugdb.* 36.
 LilioNarcissus jacobæus, flore sangvineo nutante. *Dill.*
eltb. 195. t. 162. f. 196.
 Narcissus jacobæus major. *Rudb. elys.* 2. p. 89. f. 10.
Habitat in America meridionali. 2
4. AMARYLLIS spatha multiflora, corollis campanula- *Bella donna.*
 tis æqualibus, genitalibus declinatis. *Hort. cliff.* 135.
Roy. lugdb. 36.
 LilioNarcissus polyanthos, flore incarnato: fundo ex lu-
 teo albescente. *Sloan. jam.* 115. *hist.* 1. p. 244. *Seb.*
thes. 1. p. 25. t. 17. f. 1.
 Lilium rubrum. *Merian. surin.* 22. t. 22.
Habitat in Caribæis, Barbados, Surinama. 2
5. AMARYLLIS spatha multiflora, corollis revolutis, *sarniensis.*
 genitalibus strictis. *Hort. ups.* 75.
 Amaryllis spatha multiflora, corollis æqualibus patentis-
 simis revolutis, genitalibus longissimis. *Hort. cliff.* 131.
Roy. lugdb. 36.
 Narcissus japonicus, rutilo flore. *Corn. canad.* 157. t.
 158. *Rudb. elys.* 2. p. 23. f. 14.
 Lilium sarniense. *Dugl. monogr.* t. 1, 2.
Habitat in Japonia, nunc in Sarniæ insula Anglia. 2
6. AMARYLLIS spatha multiflora, corollis campanu- *zeylanica.*
 latis æqualibus, scapo tereti ancipiti. *Roy. lugdb.* 36.
 LilioNarcissus zeylanicus latifolius, flore niveo externe
 linea purpurea striato. *Comm. hort.* 1. p. 73. t. 73.
 β. LilioNarcissus africanus, scillæ foliis, flore niveo linea
 purpurea striato. *Ehret. pict.* 5. f. 2.?
Habitat in Zeylona. 2
7. AMARYLLIS spatha multiflora, corollis campanu- *longifolia.*
 latis æqualibus, scapo compresso longitudine umbellæ.
Roy. lugdb. 36.
 Lilium africanum humile, longissimis foliis, polyanthos
 saturato colore purpurascens. *Herm. parad.* 195. t.
 195.
Habitat in Æthiopia. 2
8. AMARYLLIS spatha multiflora, corollis inæqualibus, *orientalis.*
 foliis lingviformibus. *Büttn. cunon.* 215.
 Amaryllis spatha multiflora, foliis ovato-oblongis obtu-
 sis. *Roy. lugdb.* 37.

LilioNarcissus indicus maximus sphaericus, floribus plurimis rubris liliaceis. *Moris. hist. 2. p. 568. f. 4. t. 10. f. 35.*

Narcissus indicus orientalis. *Swert. flor. 31. f. 1.*
Habitat in India. 2

guttata.

9. AMARYLLIS spatha multiflora, foliis ciliatis.
LilioNarcissus sphaericus aethiopicus, foliis guttatis & ciliis instar pilosis. *Pluk. alm. 220.*

Lilium africanum sphaericum, floribus obsolete puniceis minoribus, foliis guttatis ad margines ciliis instar pilosis, bulbo longo. *Herm. lugdb. 375.*
Habitat in Aethiopia.

BULBOCODIUM.

vernum.

1. BULBOCODIUM foliis lanceolatis. *Roy. lugdb. 41.*
Bulbocodium. *Hort. cliff. 133.*

Colchicum vernum hispanicum. *Baub. pin. 69. Rudb. elys. 2. p. 128. f. 2.*

Colchicum vernum. *Clus. hist. 2. app. 203.*
Habitat in Hispania. 2

serotinum.

2. BULBOCODIUM foliis subulato-linearibus. *Roy. lugdb. 41.*

Bulbocodium alpinum juncifolium, flore unico: intus albo extus squalide rubente. *Raj. angl. 3. p. 374. t. 17. f. 1.*

Pseudo-Narcissus gramineo folio. *Baub. pin. 51. prodr. 27. Rudb. elys. 2. p. 64. f. 9.*

Habitat in Alpibus Helvetiae, Angliae. 2

APHYLLANTHES,

monspeliensis

1. APHYLLANTHES. *Hort. cliff. 493. Sauv. monsp. 8.*
Aphyllanthes monspeliensium. *Lob. adv. 190. Baub. hist. 3. p. 336.*

Caryophyllus caeruleus monspeliensium. *Baub. pin. 209. Moris. hist. 2. p. 562. f. 5. t. 25. f. 12.*

Habitat Monspeli prope Castelneuf locis montosis saxosis sterilibus.

ALLIUM.

* *Foliis caulinis planis.*

Ampeloprasum.

1. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbella globosa, staminibus tricuspидatis, radice laterali.

Allium staminibus alterne trifidis, foliis gramineis, floribus sphaerice congestis, radice laterali solida. *Hall. all. 5.*

Por-

Porrum radice laterali solida, foliis linearibus, caule erecto, umbella subglobosa. *Roy. lugdb.* 40.

Allium sphaerico capite, folio latiore l. Scorodoprasum alterum. *Bauh. pin.* 74. *Rudb. elys.* 2. p. 151. *

Habitat in Oriente, inque insula Holms Angliæ.

2. ALLIUM caule planifolio umbellifero, staminibus *Porrum.* tricuspidatis, radice tunicata. *Hort. ups.* 77. *Mat. med.* 165.

Allium staminibus alterne trifidis, foliis gramineis, floribus sphaerice congestis, radice tunicata cauli circumnata. *Hall. all.* 5.

Porrum radice ambiente tunicata oblonga solitaria. *Hort. cliff.* 136. *Roy. lugdb.* 40.

Porrum commune capitatum. *Bauh. pin.* 72.

Porrum sativum latifolium. *Bauh. pin.* 72.

Habitat - - -

3. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbella glo- *vinegre.* bosa, staminibus tricuspidatis corolla longioribus.

Porrum caule tereti folioso, foliis linearibus planis, umbella globosa, staminibus corolla longioribus.

Gmel. sibir. 1. p. 56. t. 13. & 14. f. 1.

Habitat in Sibiria.

4. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbella glo- *Victorialis.* bosa, staminibus lanceolatis corolla longioribus. *Mat. med.* 163.

Allium foliis caulinis lanceolatis, floribus umbellatis. *Roy. lugdb.* 39.

Allium radice oblonga reticulo obducta. *Hall. all.* 17.

Allium montanum latifolium maculatum. *Bauh. pin.* 74.

Allium anguinum. *Cam. epit.* 329.

Habitat in Alpibus Helvetiæ, Italiæ.

5. ALLIUM caule planifolio umbellifero, foliis inferio- *subhirsutum.* ribus hirsutis, staminibus subulatis.

Allium foliis radicalibus subhirsutis, caulinis glabris, floribus umbellatis. *Hall. all.* 15.

Allium foliis lanceolato-linearibus, florum umbella fastigiata. *Roy. lugdb.* 39.

Moly angustifolium umbellatum. *Bauh. pin.* 75.

Moly dioscoridis. *Clus. hist.* 1. p. 192.

Habitat in Africa, Italia, Hispania.

6. ALLIUM caule planifolio umbellifero, ramulo bulbifero, staminibus simplicibus.

Allium caule tereti, propagine ex ala. *Hort. cliff.* 137.
Roy. lugdb. 39. *Sauv. monsp.* 18.

Allium foliis caulinis lanceolatis, floribus umbellatis, ex ala bulbiferum. *Hall. all.* 19.

Moly latifolium liliflorum. *Bauh. pin.* 75.

Moly indicum, flore purpureo. *Swert. Fl.* 61.

Habitat - - - -

obliquum.

7. ALLIUM caule planifolio umbellifero, staminibus filiformibus flore triplo longioribus, foliis obliquis.

Allium radice tunicata, foliis planis linearibus caulinis, capitulo umbellato. *Gmel. sibir.* 1. p. 49. t. 9.

Habitat in Sibiria.

Caulis bipedalis, teres. Folia alterna, plano-canaliculata, obliqua: Vaginis teretibus. Umbella globosa; Spatha globosa, acuminata. Petala ovata, erecta, concava, flava carina viridi. Filamenta albida, corolla duplo longiora. Antherae luteae. Germen subglobosum.

variosum.

8. ALLIUM caule subplanifolio umbellifero, staminibus subulatis longioribus; umbella globosa, foliis linearibus subconvexis.

Allium scapo nudo tereti fardo, foliis semicylindricis, staminibus corolla longioribus. *Gmel. sib.* 1. p. 52. t. 9. f. 1.

Habitat in Sibiria. *G. Demidoff.*

Caulis ferme bipedalis, teres. Folia alterna, planiuscula, canaliculata, subtus convexa, margine obtusa. Umbella globosa. Petala ovata, purpurascens carina saturatiore. Filamenta purpurea, corolla parum longiora. Antherae violaceae. Germen subrotundum: maculis 3, viridibus & medio caule ex ala folio opposita. Ramus nudus, longitudine caulis.

roseum.

9. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbella fastigiata, staminibus corollam æquantibus, foliis lævibus. †

Allium foliis ensiformibus, radice bulbillis stipata, floribus amplis umbellatis. *Sauv. monsp.* 42.

Allium sylvestre f. Moly minus, roseo amplo flore. *Magn. monsp.* 11. t. 10.

Habitat Monipelii in vineis.

sativum.

10. ALLIUM caule planifolio bulbifero, radice composita, staminibus tricuspидatis. *Hort. ups.* 76. *Mat. med.* 164.

Al-

Allium radice bulbo multipartito, capitulo bulbifero, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 137. *Roy. lugdb.* 39.

Allium staminibus alterne trifidis, foliis gramineis, capite bulbifero, radicibus in unum bulbum congruentibus. *Hall. all.* 1.

Allium fativum. *Bauh. pin.* 73.

Allium. *Cam. epit.* 328.

Habitat in Sicilia.

11. ALLIUM caule planifolio bulbifero, foliis crenulatis: vaginis ancipitibus, staminibus tricuspидatis. *Hort. ups.* 77. *Scorodoprasum.*

Allium capitulo bulbofo erecto, foliis planis subcrenatis, vaginis ancipitibus. *Fl. suec.* 266. *It. æl.* 60.

Allium staminibus alterne trifidis, capite bulbifero, foliis gramineis læviter serratis. *Hall. all.* 3.

Allium montanum bicorne latifolium, flore dilute purpurascente. *Bauh. pin.* 74. *Rudb. elys.* 2. p. 155.*

β. Allium staminibus alterne trifidis, capite bulbifero, scapo ante maturitatem contorto, *Hall. all.* 2.

Allium fativum alterum s. Allioprasum caulis summo circumvoluto. *Bauh. pin.* 73.

Allii genus Ophioscorodon dictum quibusdam. *Bauh. hist.* 2. p. 559.

Porrum radice laterali cordata solida, pedunculo revoluta, capite bulbifero. *Hort. cliff.* 136.

Habitat in Oelandia, Dania, Pannonia.

12. ALLIUM caule planifolio bulbifero, vaginis teretibus, spatha mutica, staminibus tricuspидatis. *It. scan.* 227. *arenarium.*

Porrum planifolium, staminibus alterne trifidis, umbella bulbifera. *Rupp. hall.* 154. t. 2. f. 2.

Habitat in Thuringia; in Falstria Scaniae.

13. ALLIUM caule planifolio bulbifero, staminibus subulatis. *carinatum.*

Allium umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis carinatis. *Hall. alb.* 24. t. 1. f. 2.

Ampeloprasum proliferum. *Lob. ic.* 156. *

β. Allium montanum bicorne angustifolium, flore dilute purpurascente. *Bauh. pin.* 74.

Allium s. Moly montanum 2. *Clus. hist.* 1. p. 195.

Habitat in Germania.

* *Foliis caulinis teretibus.*

14. ALLIUM caule teretifolio umbellifero, foliis semiteretibus, staminibus tricuspидatis corolla longioribus. *sphærocephalon.*

Allium staminibus alterne trifidis, foliis gramineis, radice multiplici, floribus sphaerice congestis. *Hall. all. 7.*

Porrum caule tereti folioso, foliis linearibus planis, umbella globosa, staminibus corolla longioribus. *Gmel. sib. 1. p. 56. t. 13. & 14. f. 1*

Allium montanum, capite rotundo *Baub. pin. 75. Rudb. elys. 1. p. 157. f. 7.*

Allium f. Moly montanum, purpureo flore. *Clus. hist. 1. p. 195.*

Allii genus forte Scorodoprasum alterum, *Baub. hist. 2. p. 564.*

Scorodoprasum montanum juncifolium, capite rotundo dilute janthino, floribus paucis. *Mich. gen. 25. t. 24. f. 2.*

Habitat in Italia, Sibiria, Helvetia.

descendens. 15. ALLIUM caule subteretifolio umbellifero, pedunculis exterioribus brevioribus, staminibus tricuspидatis. *Hort. ups. 78.*

Allium staminibus alterne trifidis, foliis fistulosis, capite sive rubente sphaerico non bulbifero, radice laterali. *Hall. all. 8.*

Allium staminibus alterne trifidis, foliis fistulosis, capite sphaerico non bulbifero atropurpureo. *Hall. all. 9. t. 1. f. 1.*

Allium f. Moly latifolium, capite sphaerico, flore purpureo. *Rudb. elys. 2. p. 160. f. 20.*

Moly atropurpureum. *Rudb. elys. 2. p. 165. f. 13.*
Habitat in Helvetia.

moschatum. 16. ALLIUM caule teretifolio subnudo umbellifero, umbella fastigiata, petalis truncatis, staminibus tricuspидatis. *Læfl.*

Allium foliis teretibus caulinis, floribus umbellatis. *Hall. all. 14.*

Moly moschatum, capillaceo folio. *Baub. pin. 76. prodr. 28. t. 28. Rudb. elys. 2. p. 166. f. 14. * Sauv. monsp. 10.*

*Habitat in Gallo-Provinciae, Narbonae, Hispaniae apri-
cis elevatis.*

flavum. 17. ALLIUM caule teretifolio umbellifero, umbella globosa, staminibus subulatis.

Allium umbella non bulbifera lutea, vagina bicorni, foliis teretibus. *Hall. all. 21.*

Allium montanum bicorne, flore pallido odore. *Baub. pin. 75.*

Allium f. Moly montanum 4. *Clus. hist. i. p. 216.*
Habitat in Pannonia.

18. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, staminibus tri-^{vineale}cuspidatis.

Allium staminibus alterne trifidis, foliis fistulosis, capite bulbifero, radice multiplici. *Hall. all. 4.*

Allium sylvestre campestre purpurascens. *Baub. pin. 74.*

Allium campestre juncifolium capitatum purpurascens majus. *Baub. pin. 74.*

Porrum sylvestre vinearum. *Baub. pin. 72.*

Porrum sylvestre, gemino capite. *Baub. pin. 72.*

Habitat in Germania.

19. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, foliis scabris ^{oleaceum}semiteretibus subtus sulcatis.

Allium umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis teretibus. *Hall. all. 23. f. 4.*

Cepa capitulo bulbofo prolifero, foliis semiteretibus novemangularibus scabris fistulosis. *Fl. suec. 265. **

Porrum radice solida, caule erecto, capitulo bulbifero. *Roy. lugdb. 40. Gort. gelr. 69.*

Allium montanum bicorne, flore exalbido. *Baub. pin. 75.*

Habitat in Suecia, Germania.

* *Foliis radicalibus, scapo nudo.*

20. ALLIUM scapo nudo ancipiti, foliis linearibus ^{nutans}planis, staminibus tricuspидatis. *Hort. ups. 80.*

Porrum scapo nudo ancipiti, antequam floruerit nutante, foliis ensiformibus: hinc paullo convexioribus.

Gmel. sibir. i. p. 55. t. 18.

Habitat in Sibiria.

21. ALLIUM scapo nudo ancipiti, foliis linearibus ^{senescens}subtus convexis lævibus, umbella subrotunda, staminibus subulatis. *Hort. ups. 79.*

Allium caule ancipiti teretiustulo, foliis ensiformibus: hinc paullo convexioribus. *Gmel. sibir. i. p. 53. t. 11. f. 2.*

Allium foliis linearibus, florum umbella subglobosa. *Roy. lugdb. 39.*

Allium radice bulbosa, foliis gramineis, umbella erecta non bulbifera, vaginis brevissimis. *Hall. belv. 297. all. 16. n. 2.*

Allium montanum, foliis narcissi, majus. *Baub. pin. 75.*
Habi-

Habitat in Sibiria, Sicilia.

Petala erecta, a se invicem debiscentia s. distantia, canaliculata, inflexa.

angulosum. 22. ALLIUM scapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis subtus subangulatis, umbella fastigiata. *Hort. ups.* 79. *

Cepa scapo nudo subangulato fardo, foliis linearibus subtus angulosis, staminibus corolla brevioribus. *Gmel. sibir.* 1. p. 58. t. 14. f. 2.

Allium radice senescente lignosa transversa, umbella erecta. *Hall. all.* 16.

Allium petraeum umbelliferum. *Baub. hist.* 2. p. 564. t. 564.

Allium montanum, foliis narcissi, minus. *Baub. pin.* 75. *Habitat in Sibiriae humidiusculis.*

Folia interdum subtus vix angulata, at Scapus superne parum angulato-striatus; Petala interiora apice patentia, omnia lateribus conniventia.

Confer Allium sylvestre f. Moly minus, violaceo amplo flore. *Magn. consp.*

ursinum. 23. ALLIUM scapo nudo semicylindrico, foliis lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata.

Allium foliis lanceolatis, scapo nudo semicylindraco, bulbo setis obvallato. *Fl. suec.* 263. *It. gotl.* 169. *

Allium foliis radicalibus petiolatis, floribus umbellatis. *Roy. lugdb.* 39. *Hall. all.* 18. *Gmel. sib.* 1. p. 49.

Allium foliis lanceolatis, umbella laxa. *Hort. cliff.* 27.

Allium sylvestre latifolium. *Baub. pin.* 74.

Allium ursinum. *Fuchs. hist.* 739. *Cam. epit.* 330.

Habitat in Europae septentrionalioris nemorosis.

triquetrum. 24. ALLIUM scapo nudo triquetro.

Allium caule triangulo. *Tournef. inst.* 385. *Roy. lugdb.* 39.

Moly parvum, caule triangulo. *Baub. pin.* 75.

Moly caule & foliis triangularibus. *Park. par.* 142. t. 143. f. 4.

Habitat in Hispania.

Cepa. 25. ALLIUM scapo nudo inferne ventricoso longiore foliis teretibus. *Hort. ups.* 77. *Mat. med.* 166.

Allium staminibus alterne trifidis, caule ad terram ventricoso. *Hall. all.* 10.

Cepa scapo nudo ventricoso foliis longiore, radice depressa. *Hort. cliff.* 137. *Roy. lugdb.* 40.

Cepa vulgaris. *Baub. pin.* 71.

Cepa. Cam. epit. 324.

Habitat - - -

26. ALLIUM scapo nudo subcylindrico, foliis lanceo-*Moly.*
latis sessilibus, umbella fastigiata. *Hort. ups.* 76.

Allium foliis radicalibus sessilibus lanceolatis, floribus
umbellatis. *Roy. lugdb.* 38. *Hall. all.* 20.

Allium foliis lanceolatis, umbella laxa. *Hort. cliff.* 27.

Moly latifolium luteum, odore allii. *Baub. pin.* 75.

Moly flavo flore. *Swert. flor.* 1. t. 60. f. 2.

Moly montanum latifolium, flavo flore. *Clus. app. alt.*

Habitat in Hungaria, Baldo, Monspelii.

*Petala patentia, tria exteriora magis patentia, interiora
erecta.*

27. ALLIUM scapo nudo folia adæquante, foliis tereti-*fistulosum.*
bus ventricosis. *Hort. ups.* 78.

Allium staminibus simplicibus, caule medio ventricoso.

Hall. all. 11

*Cepa scapo longitudine foliorum, foliis ventricosis, ra-
dice oblonga.* *Hort. cliff.* 136. *Roy. lugdb.* 40.

Cepa oblonga. *Baub. pin.* 71. *Dod. pempt.* 687.

Habitat in - - -

28. ALLIUM scapo nudo adæquante folia teretia subu-*Schœnoprasum.*
lato-filiformia. *Hort. ups.* 48.

Allium staminibus simplicibus, foliis radicalibus tereti-
bus scapi longitudine. *Hall. all.* 12.

*Cepa scapis foliisque subulatis teretibus fistulosis æquali-
bus, spathis globosis.* *Fl. suec.* 264. *It. æl.* 54. 64.

*Cepa scapo longitudine figuraque foliorum, foliis subu-
latis filiformibus, spathis globosis.* *Hort. cliff.* 136.

Porrum sectivum jucifolium. *Baub. pin.* 72.

Schœnoprasum. *Dod. pempt.* 689.

β. *Cepa scapis foliisque teretibus, capitulis pyramidatis.*

Gmel. sibir. 1. p. 59. t. 15. f. 1.

Cepa palustris altissima. *Buxb. cent.* 4. p. 27. t. 45.

Habitat in alpestribus Sibiria, Oelandia locis rupestribus.

29. ALLIUM scapo nudo tereti inani, foliis subulatis fi-*tenuissimum.*
liformibus, capitulis laxis paucifloris. *Gmel. sibir.* 1.

p. 61. t. 15. f. 2.3.

Habitat in Sibiria.

30. ALLIUM scapo nudo subnullo, foliis linearibus. *ChamaMoly*

Moly humile, folio gramineo. *Baub. pin.* 75.

Cha-

ChamæMoly, an Moly diofcoridis. *Column. ecphr.* 325.
t. 326.

Habitat in Italia.

LILIUM.

candidum.

1. LILIUM foliis fparfis, corollis campanulatis: intus glabris. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upf.* 80. *Mat. med.* 173. *Roy. lugdb.* 30.

Lilium album, flore erecto, vulgare. *Bauh. pin.* 76.

Lilium candidum. *Dod. pempt.* 197.

- β. Lilium album, floribus dependentibus, f. peregrinum. *Bauh. pin.* 76.

Habitat in Palæftina, Syria. &

bulbiferum.

2. LILIUM foliis fparfis, corollis campanulatis erectis: intus fcabris. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upf.* 80. *Roy. lugdb.* 31. *Gmel. fibir.* 1. p. 41.

Lilium purpureo-croceum majus. *Bauh. pin.* 76.

- β. Lilium purpureo-croceum, flore pleno.

- γ. Lilium purpureo-croceum minus. *Bauh. pin.* 77.

- δ. Lilium phœniceum. *Bauh. pin.* 77.

- ε. Lilium bulbiferum latifolium majus. *Bauh. pin.* 77.

- ζ. Lilium bulbiferum angustifolium. *Bauh. pin.* 77.

- η. Lilium bulbiferum minus. *Bauh. pin.* 77.

- θ. Lilium bulbiferum incanum. *Bauh. pin.* 77.

Habitat in Italia, Austria, Sibiria. &

pomponium.

3. LILIUM foliis fparfis subulatis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upf.* 81. *Roy. lugdb.* 31.

Lilium radice tunicata, foliis fparfis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Gmel. fibir.* 1. p. 42.

Lilium, floribus reflexis, angustifolium. *Bauh. pin.* 78.

Lilium rubrum præcox. *Clus. hift.* 1. p. 133.

- β. Lilium miniatum angustifolium. *Bauh. pin.* 79.

- γ. Lilium brevi & gramineo folio. *Bauh. pin.* 79.

Habitat in Pyrenæis, Sibiria. &

Folia linearia, acuta, triquetra, canaliculata, fparfa.
Nectarii rima valde dentata.

chalcedonicum.

4. LILIUM foliis fparfis lanceolatis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Hort. cliff.* 120. *Hort. upf.* 81. *Roy. lugdb.* 31.

Lilium byzantinum miniatum. *Bauh. pin.* 78.

Lilium rubrum f. miniatum byzantinum. *Clus. hift.* 1. p. 131.

- β. Liliū byzantinū miniatū polyanthos. *Baub. pin. 78.*
 γ. Liliū purpuro-sanguineū, flore reflexo. *Baub. pin. 78.*

Hemerocallis calcedonica. Lob. ic. 169.

Habitat in Persia. &

Racemus ante florescentiam vix incurvatus ut in 3. 5. et Caulis usque ad apicem Foliis vestitus confertis.

5. LILIUM foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis *Martagon.*
 revolutis. *Hort. cliff. 120. Hort. ups. 81. Gmel. sibir. 1. p. 44. Roy. lugdb. 31.*

Liliū, floribus reflexis, latifolium. Baub. pin. 77.

Liliū sylvestre. Dod. pempt. 201.

- β. Liliū, floribus reflexis, alterum hirsutum. *Baub. pin. 78.*
Habitat in Hungaria, Helvetia, Sibiria, Liptiæ.

6. LILIUM foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis *canadense.*
 campanulatis.

Liliū angustifolium, flore flavo maculis nigris distincto. Tournef. inst. 371. Barr. rar. 778. t. 125.

Liliū Martagon canadense maculatum. Moris. hist. 2. p. 408. f. 4. t. 20. f. 9.

Liliū s. Martagon canadense, floribus magnis flavis non reflexis. Catesb. car. 3. p. 11. t. 11.

Habitat in Canada. &

7. LILIUM foliis verticillatis, flore erecto, corolla *camschatcense.*
 campanulata. *Amœn. acad. 2 p. 348. **

Habitat in Canada, Camschatca.

e Camschatca planta petalis ovatis sessilibus, stigmatibus tribus absque stylo; e Canada petalis lanceolatis unguiculatis cum stylo; varietates tamen fuere.

FRITILLARIA.

1. FRITILLARIA racemo comoso inferne nudo, fo- *imperialis.*
 liis integerrimis. *Hort. ups. 82.*

Petiliū foliis caulinis. Hort. cliff. 119. Roy. lugdb. 30.

Liliū s. Corona imperialis: genus. Baub. pin. 79.

Tusai. Clus. hist. 1. p. 127. 128.

Habitat in Persia? e Constantinopoli venit in Europam circa 1570. &

2. FRITILLARIA racemo comoso inferne nudo, fo- *regia.*
 liis crenatis.

Corona regalis, lili folio crenato. Dill. elth. 110. t. 93: f. 109.

Habitat ad Cap. b. Spei.

FRI-

persica.

3. FRITILLARIA racemo nudiusculo, foliis obliquis.
Hort. ups. 82.
 Fritillaria racemo nudo terminali. *Hort. cliff.* 119.
 Fritillaria radice rotunda. *Roy. lugdb.* 30.
 Lilium persicum. *Baub. pin.* 79.
 Lilium fusianum. *Clus. hist.* 1. p. 130.
Habitat in Persia? e Susis venit in Europam 1573. 2

pyrenaica.

4. FRITILLARIA foliis infimis oppositis. *Hort. cliff.*
 81.
 Fritillaria flore minore. *Baub. pin.* 64.
 Fritillaria pyrenæa. *Clus. hist.* 2. p. 256. *posth.* 10.
Habitat in Pyrenæis. 2

Meleagris.

5. FRITILLARIA foliis omnibus alternis. *Hort. ups.*
 81.
 Fritillaria e foliorum alis florens. *Hort. cliff.* 119.
 Fritillaria radice depressa. *Roy. lugdb.* 30.
 Fritillaria præcox purpurea variegata. *Baub. pin.* 64.
 Meleagris. *Reueal. spec.* 147. t. 146.
 β. Fritillaria alba variegata. *Baub. pin.* 64.
 γ. Fritillaria alba præcox. *Baub. pin.* 64.
 δ. Fritillaria ferotina atropurpurea. *Baub. pin.* 64.
Habitat in Gallia, Italia. 2

UVULARIA.

amplexifolia

1. UVULARIA foliis amplexicaulibus.
 Uvularia foliis cordato-oblongis. *Roy. lugdb.* 29.
 Smilax perfoliata ramosa, flore albo. *Barr. rar.* 58. t.
 720.
 Polygonatum latifolium ramosum. *Baub. pin.* 302. *Baub.*
hist. 3. p. 531. *Moris. hist.* 3. p. 537. f. 13. t. 4. f. 11.
Raj. hist. 665.
 Polygonatum latifolium 4 ramosum. *Clus. hist.* 1. p.
 276.
 Laurus alexandrina. *Cam. epit.* 936.
Habitat in Bohemiæ, Silesiæ, Saxonæ, Delphinatus mon-
tibus. 2

perfoliata.

2. UVULARIA foliis perfoliatis. *Amœn. acad.* 2. p. 337.
 Uvularia caule perfoliato. *Gron. virg.* 37. *Cold. no-*
ueb. 74.
 Uvularia folio integerrimo. *Roy. lugdb.* 29.
 Uvularia. *Hort. cliff.* 121.
 Polygonum ramosum, flore luteo, majus. *Corn. canad.*
 38. *Moris. hist.* 3. p. 538. f. 13. t. 4. f. 12.

Poly-

Polygonatum latifolium perfoliatum brasilianum. Baub. pin. 303. prodr. 139. Bursf. XVII. 61.

Habitat in Virginia, Canada. plantæ Burseri ex Toupinambault Brasiliæ a pharmacopæo allatæ, & C.B. communicatæ videntur mihi omnes ex Canada fuisse.

3. UVULARIA foliis sessilibus.

sessilifolia:

Uvularia foliis sessilibus, flore unico. Cold. noveb. 73.

Habitat in Canada. Kalm:

Habitus præcedentis; Caulis bifidus, uniflorus. Folia lanceolato-ovata, alterna, at ubi Flos ex altero ramo exit, folia bina adsunt. Pedunculus nudus.

GLORIOSA.

1. GLORIOSA: *Hort. cliff. 121. Fl. zeyl. 122. Roy. superba; lugdb. 29.*

Methonica malabarorum. Herm. lugdb. 688. t. 689. Pluk. alm. 249. t. 116. f. 3.

Lilium zeylanicum superbum. Comm. hort. 1. p. 69. t. 31.

Mendoni. Rheed. mal. 7. t. 107. f. 57.

Habitat in Malabaria. &

ERYTHRONIUM.

1. ERYTHRONIUM: *Hort. cliff. 119. Gmel. sib. 1. Dens canis; p. 39. t. 7. Roy. lugdb. 30.*

Dens canis latiore rotundioreque folio. Baub. pin. 87.

Dens caninus. Dod. pempt. 203.

β. Dens canis angustiore longioreque folio. *Baub. pin. 87.*

γ. Erythronium foliis ovato-oblongis glabris nigro maculatis. *Gron. virg. 151. flore flavo.*

Habitat in Liguria, Aliobrogibus, Augusta Taurinorum, Sibiria, Virginia. &

TULIPA:

1. TULIPA flore subnutante, foliis lanceolatis:

sylvestris:

Tulipa minor lutea italica. Baub. pin. 63.

Tulipa minor lutea gallica. Baub. pin. 63. Sauv. monsp. 306.

Habitat Monspelii, inque Apenninis, Lundini. &

Distinguitur a sequente: Caule altiore, Foliis angustioribus, Floris colore luteo subtus virescente, petalis acutioribus, Scapo versus florem inflexo & ante florescentiam nutante. Sed præprimis staminum filamentis basi valde attenuatis, & supra basin hirsutis.

- gesneriana.* 2. TULIPA flore erecto, foliis ovato-lanceolatis.
 Tulipa scapo triphyllo, foliis ovato-lanceolatis. *Hort.*
ups. 82.
 Tulipa. *Hort. cliff.* 118. *Roy. lugdb.* 31. *Fl. suec.* 262.
 Tulipa (genus fere totum) *Baub. pin.* 57.
 Tulipa turcarum. *Cord. hist.* 213.
Habitat in Cappadocia, unde in Europam 1559. ♀

- breyniana.* 3. TULIPA caule polyphyllo, foliis linearibus.
 Sifyrinchium, ex phoeniceo suaverubente flore, æthio-
 picum. *Breyn. cent. t.* 36. *Rudb. elys.* 2. p. 13. f. 11.
Habitat in Æthiopia. ♀

ORNITHOGALUM.

- luteum.* 1. ORNITHOGALUM scapo anguloso diphylo, pe-
 dunculis umbellatis simplicibus. *Fl. suec.* 270.
 Ornithogalum scapo diphylo, pedunculis simplicibus
 terminalibus, filamentis omnibus subulatis. *Hort.*
cliff. 124. *Roy. lugdb.* 31.
 Ornithogalum luteum. *Baub. pin.* 71.
 Pyrrochiton. *Reneal. spec.* 91. t. 90.
Habitat in Europæ cultis macellis. ♀

- minimum.* 2. ORNITHOGALUM scapo angulato diphylo, pe-
 dunculis umbellatis ramosis. *Fl. suec.* 271. *
 Ornithogalum luteum minus. *Baub. pin.* 71.
 Hypoxis. *Reneal. spec.* 92.
Habitat in Europæ cultis oleraceis.

- bifutum.* 3. ORNITHOGALUM scapo angulato, pedunculis
 umbellatis villosis.
 Ornithogalum scapo bifloro. *Roy. lugdb.* 31.
 Ornithogalum virginianum luteum. *Pet. gaz.* 1. t. 1.
 f. 3.
 Ornithogalum luteum parvum virginianum, foliis gra-
 mineis hirsutis. *Pluk. alm.* 272. t. 350. f. 12.
 Ornithogalum vernum luteum, foliis angustis hirsutis.
Gron. virg. 37.
Habitat in Virginia, Canada.
Spec 1. 2. 3. maxime affines sunt.

- bivalve.* 4. ORNITHOGALUM floribus umbellatis, spatha bi-
 valvi. *Gron. virg.* 37. †
Habitat in Virginia.

- pyrenaicum.* 5. ORNITHOGALUM racemo longissimo, filamen-
 tis

tis lanceolatis, pedunculis floriferis patentibus æqualibus: fructiferis scapo approximatis.

Ornithogalum racemo longissimo, filamentis dilatato-linearibus, capsulis erectis. *It. scan.* 220.

Ornithogalum spica longissima, filamentis triangularibus. *Hall. helv.* 294.

Ornithogalum angustifolium majus, floribus ex albo virescentibus. *Bauh. pin.* 70. *Rudb. elys.* 2. p. 134. f. 3.

Ornithogalum majus. *Clus. hist.* 1. p. 187.

Ornithogalum pyrenaicum. *Clus. cur.* 21.

Stachyoides. *ReNeal. spec.* 93. t. 90.

Habitat in Alpibus Helveticis, Genevensibus, Pyrenæicis. ♀

6. ORNITHOGALUM racemo longissimo, foliis lanceolato-ensiformibus. *latifolium.*

Ornithogalum latifolium & maximum. *Bauh. pin.* 70.

Ornithogalum vel Lilium alexandrinum, floribus albis innummerabilibus. *Swert. floril.* 58.

Habitat in Arabia, Ægypto.

Folia pedalia plus quam duos pollices lata. ♀

7. ORNITHOGALUM racemo conico, floribus numerosis ascendentiis. *pyramidale.* *Roy. lugdb.* 32.

Ornithogalum angustifolium spicatum maximum. *Bauh. pin.* 70. *Rudb. elys.* 2. p. 134. f. 4.

Ornithogalum lacteum maximum. *Best. eyst. vern.* 5. t. 14. f. 2.

Habitat in collibus Lusitanæ. ♀

* *Staminibus alternis emarginatis.*

8. ORNITHOGALUM floribus corymbosis, pedunculis scapo humilioribus, filamentis emarginatis. *arabicum.* *Roy. lugdb.* 32.

Ornithogalum umbellatum maximum. *Bauh. pin.* 69.

Ornithogalum arabicum. *Clus. hist.* 11. p. 186. *Best. eyst. vern.* 5. t. 12. f. 1.

Melanomphale. *ReNeal. spec.* 89. t. 90.

Habitat juxta Alexandriam Ægypti. ♀

9. ORNITHOGALUM floribus corymbosis, pedunculis scapo altioribus, filamentis emarginatis. *umbellatum.* *Hort. cliff.* 124. *Hort. ups.* 84. *Roy. lugdb.* 32.

Ornithogalum umbellatum medium angustifolium. *Bauh. pin.* 70.

Eliocarmos. *ReNeal. spec.* 88. t. 87.

Habitat in Germannia, Gallia. ♀

nutans.

10. ORNITHOGALUM floribus fecundis pendulis, nectario stamineo campaniformi.

Ornithogalum floribus fecundis pendulis, filamentis latis emarginatis. *Hort. cliff.* 124. *Hort. ups.* 84. *Roy. lugdb.* 32.

Ornithogalum exoticum, magno flore minori innato. *Baub. pin.* 70. *Rudb. elys.* 1. p. 137. f. 12.

Ornithogalum neapolitanum. *Clus. app.* 2. p. 9. t. 9. *Habitat in Italia Neapoli.* ♀

capense.

11. ORNITHOGALUM foliis cordato-ovatis. *Roy. lugdb.* 31.

Ornithogalum africanum, plantaginis rosæ folio, radice tuberosa. *Comm. hort.* 2. p. 175. t. 88.

Ornithogalo affinis radice tuberosa, cyclaminis folio, flore pallide cæruleo. *Breyn. cent.* t. 41. *Rudb. elys.* 1. p. 138. f. 14.

Habitat ad Cap. b. Spei. ♀

canadense.

12. ORNITHOGALUM petalis alternis patentibus: interioribus erectis.

Ornithogalum luteo-virens indicum. *Corn. canad.* 160. *Rudb. elys.* 2. p. 140. f. 7. *Raj. hist.* 1154.

β. Ornithogalum africanum, flore viridi: altero alteri innato. *Herm. par.* 209. t. 209.

Habitat in Africa. ♀

SCILLA.

maritima.

1. SCILLA radice tunicata. *Hort. cliff.* 123. *Hort. ups.* 89. *Mat. med.* 162. *Roy. lugdb.* 32.

Scilla vulgaris, radice rubra. *Baub. pin.* 73.

Scilla hispanica. *Clus. hist.* 1. p. 171.

β. Scilla radice alba. *Baub. pin.* 73.

Habitat ad Hispaniæ, Siciliæ, Syriæ littoria arenosa. ♀

Lilia Hyacinthus.

2. SCILLA radice squamata. *Hort. cliff.* *Roy. lugdb.* 32.

Hyacinthus stellaris, folio & radice lilii. *Baub. pin.* 46.

Hyacinthus stellatus, lilii folio. *Baub. pin.* 46.

Habitat in Biscaria, Aquitania, Hispania, Pyrenæis. ♀

italica.

3. SCILLA radice solida, corymbo conferto hemisphærico.

Scilla radice solida, floribus corymbosis confertissimis.

Hort. cliff. 123. *Roy. lugdb.* 32.

Hyacinthus stellaris spicatus cinereus. *Baub. pin.* 461.

Hyacinthus stellaris italicus. *Best. syst. vern.* 42. f. 1.

Hyac-

Hyacinthus stellatus cinerei coloris. *Clus. hist. 1. p. 184.*
Habitat. - - - - - 2

4. SCILLA radice solida, corymbo conferto conico. *peruviana.*
 Hyacinthus indicus bulbosus stellatus. *Baub. pin. 47.*
Rudb. elys. 1. p. 37. f. 1.

Hyacinthus stellatus peruanus. *Clus. hist. 1. p. 182.*
Habitat in Lusitania. 2

5. SCILLA radice solida, floribus lateralibus alternis sub-^{amœna,}
 nutantibus. *Hort. cliff. 123. Roy. lugdb. 33.*

Hyacinthus stellaris cæruleus amœnus. *Baub. pin. 46.*
Rudb. elys. 2. p. 34. t. 7.

Hyacinthus stellaris bizantinus. *Besl. eyst. vern. 43. f. 3.*
Habitat forte Bizantii, unde venit in Europam 1590. 2

6. SCILLA radice solida, floribus erectiusculis pauciori-^{bifolia.}
 bus. *Hort. cliff. 123. Roy. lugdb. 33. Sauv. monsp 18.*

Hyacinthus stellaris bifolius germanicus. *Baub. pin. 45.*
 Hyacinthus cæruleus mas minor. *Fuchs. hist. 837.*

Habitat in Gallia, Germania. 2

7. SCILLA radice solida, foliis filiformibus linearibus, ^{autumnalis.}
 floribus corymbosis, pedunculis nudis ascendentibus
 longitudine floris.

Scilla radice solida, foliis setaceis, floribus fastigiatis, pe-
 dunculis arcuatis ex ala tuberculi mammillaris. *Guett.*
stamp. 131. Dalib. paris. 102.

Scilla radice solida, scapo multifloro, floribus capitatis.
Sauv. monsp. 19.

Hyacinthus stellaris autumnalis minor. *Baub. pin. 47.*

Hyacinthus autumnalis minor. *Clus. hist. 1. p. 185.*

Habitat in Hispania, Gallia, Verona solo glareoso. 2

8. SCILLA folio teretiusculo, latere subspicato. ^{unifolia.}

Bulbus monophyllus, flore albo. *Baub. hist. 2. p. 622.*

Habitat in Lusitania,

ASPHODELUS

1. ASPHODELUS caule folioso, foliis triquetris fistulo-^{luteus.}
 sis. *Hort. cliff. 127. Hort. ups. 83. Roy. lugdb. 33.*

Asphodelus luteus flore & radice. *Baub. pin. 28.*

Asphodelus femina. *Cam. epit. 372.*

Habitat in Sicilia. ♂

2. ASPHODELUS caule nudo, foliis strictis subulatis ^{fistulosus.}
 striatis subfistulosis. *Hort. cliff. 83. **

Asphodelus caule nudo, foliis strictis. Roy. lugdb. 34.

Asphodelus foliis fistulosis. Bauh. pin. 29.

Asphodelus minor. Clus. hist. 1. p. 197.

Habitat in Gallo-Provincia, Hispania, Creta. 2

ramosus.

3. ASPHODELUS caule nudo, foliis ensiformibus carinatis lævibus. *Mat. med. 172.*

Asphodelus caule nudo, foliis laxis. Hort. cliff. 127.

Roy. lugdb. 24. Sauv. monsp. 20.

Asphodelus albus ramosus mas. Bauh. pin. 28.

Asphodelus albus non ramosus. Bauh. pin. 28.

Asphodelus. 1. 2. Clus. hist. 1. p. 197.

Habitat in Narbona, Lusitania, Hispania, Italia. 2

ANTHERICUM.

* *Phalangium foliis canaliculatis.*

revolutum.

1. ANTHERICUM foliis planis, scapo ramoso, corollis revolutis.

Asphodelus foliis compressis asperis, caule patulo. Tournef. inst. 343.

Habitat - - - 2

ramosum.

2. ANTHERICUM foliis planis, scapo ramoso, corollis planis.

*Anthericum foliis planis, corollis planis deciduis. It. gotl. 178. * Fl. suec. 267.*

Anthericum caulibus ramosis, foliis planis. Guett. stamp. p. 129.

Phalangium, parvo flore, ramosum. Bauh. pin. 29.

Phalangium majus. Cam. epit. 580.

Habitat in Europæ australioris rupibus calcareis. 2

Liliago.

3. ANTHERICUM foliis planis, scapo simplicissimo.

Hort. ups. 83. It. scan.

Anthericum caulibus non ramosis, foliis planis. Guett. stamp. 1. p. 128.

Phalangium, parvo flore, non ramosum. Bauh. pin. 29. Moris. hist. 2. p. 333. f. 4. t. 1. f. 10.

Phalangium non ramosum. Lob. ic. 48.

Habitat in Helvetia, Germania, Gallia.

* *Bulbine foliis carnosis.*

frutescens.

4. ANTHERICUM foliis carnosis teretibus, caule fruticoso.

Anthericum caulescens, foliis pulposis teretibus subulatis supine convexo-planis. Wach. ultr. 305.

Bul-

- Bulbine caulescens. *Hort. cliff.* 122. *Roy. lugdb.* 122.
 Phalangium capense caulescens, foliis cepitiis succosis.
Dill. elth. 310. t. 231. f. 298.
Habitat ad Cap. b. Spei. ♪
5. ANTHERICUM foliis carnosis subulatis planiuscu- *alooides.*
 lis. *Hort. upf.* 83.
 Anthericum foliis pulposis lanceolato-subulatis supine
 excavatis. *Wach. ultr.* 304.
 Bulbine acaulis. *Hort. cliff.* 123. *Roy. lugdb.* 33.
 Phalangium capense sessile, foliis aloeformibus pulposis.
Dill. elth. 312. t. 232. f. 300.
Habitat ad Cap. b. Spei. ♪
6. ANTHERICUM foliis carnosis subulatis semitereti- *Asphodeloi-*
 bus strictis. *Hort. upf.* 83. *des.*
 Anthericum acaule, foliis pulposis teretibus subulatis su-
 pine convexo planis. *Wach. ultr.* 305.
Habitat in Æthiopia. ♪
 Folia vix striata, sed stricta, margine aspera, dorso versus
 alterum latus gibbifera.
7. ANTHERICUM foliis carnosis subulatis teretibus. *annuum.*
Hort. upf. 83. *
 Anthericum acaule, foliis setaceis caule angustioribus.
Wach. ultr. 305.
Habitat in Æthiopia. ☉
- * *Narthecium foliis ensiformibus.*
8. ANTHERICUM foliis ensiformibus, filamentis læ- *offisfragum.*
 natis. *Fl. suec.* 268. *Gmel. sibir.* 1. p. 73. t. 18. f. 2.
 Anthericum scapo folioso laxo spicato, filamentis villo-
 sis. *Fl. lapp.* 136 *Roy. lugdb.* 45.
 Narthecium. *Mæhr. E. N. C.* 1742. p. 389. t. 5. f.
 1. *Wach. ultr.* 303. *Gort. gelr.* 69.
 Pseudo-Asphodelus palustris anglicus. *Baub. pin.* 29.
 Asphodelus luteus palustris. *Dod. pempt.* 208.
Habitat in Europæ borealis uliginosis. ♪
9. ANTHERICUM foliis ensiformibus, perianthiis tri- *calyculatam.*
 lobis, filamentis glabris. *Fl. suec.* 269. *It. gotl.* 194.
 221.
 Anthericum filamentis lævibus, perianthio trifido. *Hort.*
cliff. 140. *Gron. virg.* 39
 Anthericum scapo nudo capitato, filamentis glabris. *Fl.*
lapp. 139. t. 10. f. 3.

Phalangium alpinum palustre, iridis folio. *T. Segu. ver.*
2. p. 61. t. 14

PseudoAsphodelus alpinus. *Bauh. pin.* 29.

Habitat in alpihus Helvetiæ, Lapponiæ, Sibiria. &

Genus nullum in tota classe Liliacea difficilius determinatur: 8 ossifragum & 9 calyculatum habitu toto ita ununtur, ut demta fructificatione vix distinguantur, at Species 9 gerit Stamina glabra, Pericarpium subglobosum, Stigmata tria sine stylis & Perianthium trivalve. Species 8 annectitur speciebus 4. 5. 6. 7. Stamini- bus hirsutis, at differt Germine pyramidato, Semini- bus paleaceis, Corolla persistente. Species 1. 2. 3. dif- ferunt a speciebus 4. 5. 6. 7, Stamini- bus glabris, ha- bitu Asphodeli, adeoque vel sub uno eodemque genere tradenda, vel etiam sub quatuor distinctis: a. 1. 2. 3. b. 4. 5. 6. 7; c. 8; d. 9. proponenda; hoc dum fie- ret difficillime character specierum & obtineretur.

LEONTICE.

*Chryfogo-
vium.*

1. LEONTICE foliis pinnatis: petiolo communi simpli- ci. *Hort. cliff.* 122.

Leontopetalon foliis coste simplici innascentibus. Tour- nes. cor. 49.

Leontopetalo affinis, foliis quernis. Bauh. pin. 324.
Moris. hist. 2. p. 285. s. 3. t. 5. f. 3.

Chryfogonum dioscoridis. Rauv. itin. 119. *Raj. hist.* 1326.

Habitat inter Græciæ segetes. &

*Leontopeta-
ium.*

2. LEONTICE foliis decompositis: petiolo communi trifido. *Hort. cliff.* 122.

Leontopetalon foliis costæ ramosæ innascentibus. Tour- nes. cor. 49.

Leontopetalon. Bauh. pin. 324. *Cam. epit.* 565. *Moris. hist.* 2. p. 285. s. 3. t. 15. f. 6. *Raj. hist.* 1326.

Habitat in Apulia, Hetruria, Creta. &

*Thalictroi-
des.*

3. LEONTICE folio caulino triternato (27), florali bi- ternato (9).

Leontice foliis supradecompositis. Gron. virg. 151. *
Cold. noveb. 75.

Habitat in Virginia. &

Modus crescendi Epimedii. Caulis nudus, terminatus

*Foliis tribus, patentibus, petiolatis: Petiolus singu-
lus trifidus, adnatis novem foliolis, quorum lateralia
duo, sessilia, biloba; intermedium petiolatum, trilobum;
infra*

infra divisuram primam caulis exerit e latere folium Petiolis tribus: singulis simplicibus triphyllis, infra quos Racemus simplex cum duobus lateralibus.

4. LEONTICE foliis simplicibus tripartito-multifidis, corollis monopetalis calyculatis. † *Leontopetaloides.*

Leontopetaloides. Ann. act. 8. p. 211. t. 113.

Habitat in India.

Habitus hujus generis, at flos videtur satis diversus, an sufficienter pro distincto genere determinent autoptæ.

ASPARAGUS.

1. ASPARAGUS caule herbaceo erecto, foliis setaceis, *officinalis.* stipulis paribus. *Fl. suec. 272. Mat. med. 169. Hort. cliff. 121. Roy. lugdb. 28.*

α. *Asparagus maritimus, crassiore folio. Bauh. pin. 490. maritimus.*

β. *Asparagus sylvestris, tenuissimo folio. Bauh. pin. 490.*

γ. *Asparagus sativa. Bauh. pin. 489. altilis.*

Asparagus. Cam. epit. 259.

Habitat in Europæ arenosis. 2

2. ASPARAGUS caule ineremi, ramis declinatis, foliis *declinatus.* setaceis. *Roy. lugdb. 29.*

Habitat in Africa.

3. ASPARAGUS aculeis solitariis, foliis ensiformibus *falcatus,* falcatis. *Fl. zeyl. 123. **

Asparagus foliis falcatis ex uno puncto numerosis.

Burm. zeyl. 36. t. 13. f. 2.

Habitat in Zeylona. 5

4. ASPARAGUS aculeis solitariis, ramis reflexis retro-*retrofractus.* fractisque, foliis fasciculatis.

*Asparagus frutescens, foliis fasciculatis setaceis terminalibus, ramis reflexis retroflexis. Hort. cliff. 121. **

Roy. lugdb. 28.

Asparagus africanus tenuifolius, viminalibus virgis, foliis laricis ad instar ex uno puncto numerosis stellatim positis. Pluk. amalth. 40. t. 375. f. 3.

Habitat in Africa. 5

5. ASPARAGUS aculeis solitariis, caule erecto, foliis *asiaticus.* fasciculatis, ramis filiformibus.

Asparagus aculeis alternis, ramis solitariis filiformibus, foliis setaceis fasciculatis lateralibus. Hort. cliff. 122.

** Roy. lugdb. 28.*

Habitat in Asia.

- albus.* 6. ASPARAGUS aculeis solitariis, ramis flexuosis, foliis fasciculatis angulatis muticis deciduis.
Asparagus aculeis solitariis, ramulis flexuosis binis oppositis spinosis foliosis, foliis fasciculatis. *Roy. lugdb.* 29.
Asparagus aculeatus, spinis horridus. *Bauh. pin.* 490.
Corduba tertia. *Clus. hist.* 2. p. 178.
Habitat in Lusitania, Hispania. †
- acutifolius.* 7. ASPARAGUS caule inermi fruticoso, foliis aciformibus perennantibus mucronatis ternis æqualibus.
Asparagus foliis aciformibus pungentibus, caule fruticoso inermi. *Sauv. monsp.* 45.
Asparagus foliis acutis. *Bauh. pin.* 490.
Asparagus sylvestris. *Cam. epit.* 260.
Habitat in Lusitania, Hispania. †
- aphyllus.* 8. ASPARAGUS aphyllus, spinis fasciculatis inæqualibus divergentibus. *Hort. cliff.* 122. *Roy. lugdb.* 29.
Asparagus aculeatus alter, tribus aut quatuor spinis ad eundem exortum. *Bauh. pin.* 490.
Corduba altera. *Clus. hist.* 2. p. 178.
β. Asparagus creticus fruticosus, crassioribus & brevioribus aculeis, magno fructu. *Tournef. itin.* 91. t. 15.
Habitat in Sicilia, Hispania, Lusitania. †
- capensis.* 9. ASPARAGUS spinis lateralibus terminalibusque, ramis aggregatis, foliis fasciculatis.
Asparagus foliis quinis fetaceis, spinis terminalibus lateralibusque, ramulis ternis quaternisque. *Hort. cliff.* 121.
Asparagus aculeatus, triplici spina, surrectus. *Pluk. alm.* 54. t. 15. f. 4.
Habitat ad Caput b. Spei. †
- sarmentosus.* 10. ASPARAGUS foliis solitariis lineari lanceolatis, caule flexuoso, aculeis recurvis. *Fl. zeyl.* 124. *
Asparagus aculeatus zeylanicus maximus sarmentosus. *Herm. lugdb.* 62. t. 650. 63.
Habitat in Zeylona. †

CONVALLARIA.

* Lil. conv. *T. corollis campanulatis.*

- majalis.* 1. CONVALLARIA scapo nudo. *Fl. lapp.* 113. *Fl. suec.* 273. *Mat. med.* 167. *Hort. cliff.* 124. *Roy. lugdb.* 26. *Gmel. sibir.* 1. p. 34.

Lilium convallium album. *Bauh. pin.* 304.
 Lilium Convallium alpinum. *Bauh. pin.* 304.
 Lilium convallium latifolium. *Bauh. pin.* 304.
Habitat in Europa septentrionali. 4

* * Polygonata *T. corollis infundibuliformibus.*

2. CONVALLARIA foliis verticillatis. *Fl. lapp.* 114. *verticillata.*
Fl. suec. 215. *Hort. cliff.* 125. *Roy. lugdb.* 26.

Polygonatum angustifolium non ramosum. *Bauh. pin.*
 303

Polygonatum alterum. *Dod. pempt.* 345.

β. Polygonatum angustifolium ramosum. *Bauh. pin.* 304.
Habitat in Europæ septentrionalis saltibus, præcipitiis. 4

3. CONVALLARIA foliis alternis amplexicaulibus, *Polygonatum.*
 caule ancipiti, pedunculis axillaribus unifloris. *Mat. med.* 168. *Gmel. sibir.* 1. p. 34. *Phil. bot.* 218.

Convallaria foliis alternis, floribus axillaribus. *Fl. suec.*
 274. *Hort. cliff.* 124. *Gron. virg.* 37. *Roy. lugdb.* 26.

Convallaria foliis alternis, pedunculis pendulis unifloris.
Sauv. monsp. 42.

Polygonatum latifolium vulgare. *Bauh. pin.* 305.

β. Polygonatum floribus ex singularibus pedunculis. *Bauh.*
hist. 3. p. 530.

Polygonatum latifolium, flore majore odore. *Bauh. pin.*
 303.

Habitat in Europæ septentrionalis præcipitiis rupibus-
que. 4

4. CONVALLARIA foliis amplexicaulibus, caule tere- *multiflora.*
 ti, pedunculis axillaribus multifloris. *Phil. bot.* 218.

Convallaria foliis alternis, pedunculis pendulis multiflo-
 ris. *Sauv. monsp.* 42.

Polygonatum latifolium maximum. *Bauh. pin.* 303.

Polygonatum latifolium 1. *Clus. hist.* 1. p. 275.

Habitat in Europæ septentrionalis præcipitiis, rupibus. 4

* * Smilaces *T. corollis rotatis.*

5. CONVALLARIA foliis sessilibus, racemo terminali *racemosa.*
 composito,

Convallaria racemo composito. *Roy. lugdb.* 26.

Convallaria foliis alternis, racemo terminali. *Hort. cliff.*
 125. *Gron. virg.* 38.

Polygonatum racemosum. *Corn. canad.* 36. t. 37.

Polygonatum ramosum & racemosum spicatum. *Morif.*
hist. 3. p. 537. f. 13. t. 4. f. 9.

Polygonatum racemosum americanum, ellebori albi foliis amplissimis. *Pluk. alm.* 301. t. 311. f. 2.
Habitat in Virginia, Canada. &

stellata,

6. CONVALLARIA foliis amplexicaulibus plurimis, racemo terminali simplici.

Polygonatum virginianum erectum spicatum, flore stellato. *Moris. hist.* 3. p. 536. f. 13. t. 4. f. 7.

Polygonatum canadense spicatum fertile. *Corn. canad.* 33. t. 33.

Habitat in Canada. &

trifolia,

7. CONVALLARIA foliis amplexicaulibus ternis, racemo terminali simplici.

Convallaria floribus racemosis, foliis ovatis oblongis caulinis. *Gmel. sibir.* 1. p. 36. t. 4.

Phalangium veratri foliis. *Aram, ruth.* 137.

Habitat in Sibiriaë sylvis. &

bisfolia

8. CONVALLARIA foliis cordatis. *Fl. lapp.* 113. *Fl. succ.* 276. *Hort. cliff.* 125. *Roy. lugdb.* 26. *Gmel. sibir.* 1. p. 35.

Lilium convallium minus. *Baub. pin.* 304.

Gramen parnassi. *Cam. epit.* 744.

Habitat in Europæ borealis pratis depressis asperis. &

POLIANTHES.

tuberosa.

1. POLIANTHES.

Polianthes floribus alternis. *Hort. cliff.* 127. *Hort. nps.* 76. *Fl. zeyl.* 225.

Hyacinthus indicus tuberosus, flore narcissi. *Baub. pin.* 47. *Rudb. elys.* 2. p. 39. f. 4.

β. Hyacinthus indicus tuberosus, flore hyacinthi orientalis. *Baub. pin.* 47. *Rudb. elys.* 2. p. 38. f. 2.

Hyacinthus indicus, tuberosa radice. *Clus. hist.* 1. p. 176.

Habitat in India. &

HYACINTHUS.

non scriptus.

1. HYACINTHUS corollis campanulatis sexpartitis apice revolutis. *Hort. cliff.* 125. *Roy. lugd.* 27. *Sauv. monsp.* 17.

Hyacinthus, oblongo flore cæruleus major. *Baub. pin.* 43.

Habitat in Anglia, Gallia, Hispania, Italia. &

Bractæ sunt sæpius floribus longiores, & binæ. Petala apice revoluta. Stigma guttula madidum.

2. HYACINTHUS corollis campanulatis sexpartitis, cernuus. racemo cernuo.

Hyacinthus hispanicus. *Clus. hist. 1. p. 177.*

Hyacinthus, oblongo flore suaviter rubente, minor. *Bauh. pin. 44.?*

Habitat in Hispania. ♀

Convenit cum H. non scripto habitu & facie, quamvis minor; differt vero Foliis magis linearibus, minus lanceolatis, erectioribus, Racemo magis nutante; Corollis incarnatis nec cæruleis, teretioribus, cum petalorum lateribus ad basin minus plano patentibus nec dorso linea elevata notatis, minusque revolutis (quamvis reflexa) quam in illo; Pistillum demum staminibus brevius est. Bractæ binæ, saturatius incarnatæ.

3. HYACINTHUS corollarum exterioribus petalis distinctis, interioribus coadunatis. *serotinus.*

Hyacinthus obsoleto flore. *Bauh. pin. 44.*

Hyacinthus, obsoleto coloris, hispanicus serotinus. *Clus. hist. 1. p. 177.*

Habitat in Hispania, Mauritania. ♀

4. HYACINTHUS corollis campanulatis semifexfidis *amethystinus* basi cylindricis. *Hort. ups. 85.*

Hyacinthus, oblongo cæruleo flore, minor. *Bauh. pin. 44. Ruedb. elys. 2. p. 27. f. 8.*

Hyacinthus minor hispanicus angustifolius. *Bauh. hist. 2. p. 587.*

Habitat in Hispania? ♀

5. HYACINTHUS corollis infundibuliformibus semi-orientalis. *sexfidis basi ventricosis. Hort. ups. 85. Hort. cliff. 125. Roy. lugdb. 27.*

Hyacinthus orientalis, (spec. 1 — 15) & plenus (1 — 3) *Bauh. pin. 44.*

Hyacinthus orientalis major & minor. *Dod. pempt. 216.*

Habitat in Asia, Africa. ♀

6. HYACINTHUS corollis ovatis. *Hort. cliff. 126. Muscari. Hort. ups. 85. Roy. lugdb. 28.*

Hyacinthus racemosus moschatus. *Bauh. pin. 43.*

Muscari obsoletiore flore. *Clus. hist. 1. p. 178.*

Habitat in Asia ultra Bosphorum, inde in Europam ante 1554. ♀

- monstrosus.* 7. HYACINTHUS corollis subovatis. *Vir. cliff.* 28.
Roy. lugdb. 28.
 β. Hyacinthus floribus paniculatis monstrosis. *Hort. cliff.*
 126.
 Hyacinthus panicula cærulea. *Baub. pin.* 42.
 Hyacinthus fannesi, panicula comosa. *Col. ecphr.* 2.
p. 10. t. 12,
Habitat - - - primum inventa in agro Papiensi, &
juxta Boran Galliæ. &
An sequentis sola varietas?
- comosus.* 8. HYACINTHUS corollis angulato-cylindricis: sum-
 mis sterilibus longius pedicellatis.
 Hyacinthus corollis globosis: summis pedunculatis, fo-
 liis ensiformibus. *Sauv. monsp.* 17.
 Hyacinthus comosus major purpureus. *Baub. pin.* 42.
 Hyacinthus. *Cam. epit.* 798.
Habitat in Galliæ & Europæ australis agris. &
- botryoides.* 9. HYACINTHUS corollis globosis uniformibus, fo-
 liis canaliculato-cylindricis.
 Hyacinthus corollis globosis. *Hort. cliff.* 126. *Hort.*
ups. 85. *Roy. lugdb.* 28.
 Hyacinthus corollis globosis, foliis in cylindrum con-
 volutis. *Sauv. monsp.* 19.
 Hyacinthus racemosus cæruleus minor juncifolius. *Baub.*
pin. 43.
 Hyacinthus botryoides vulgaris. *Lob. ic.* 107.
Habitat in Italia.
- racemosus.* 10. HYACINTHUS corollis ovatis: summis sessilibus,
 foliis ensiformibus. *Sauv. monsp.* 17.
 Hyacinthus racemosus cæruleus minor latifolius. *Baub.*
pin. 43.
 Hyacinthus botryoides 1. *Clus. hist.* 1. *p.* 181.
Habitat in Europa australi. &
- Orchioides.* 11. HYACINTHUS corollis irregularibus sexpartitis.
 Hyacinthus orchioides africanus major bifolius macula-
 tus, flore sulphureo obsoleto majore. *Breyn. prodr.*
3. p. 24. t. 11. f. 2.
Habitat in Æthiopia. &
- lanatus.* 12. HYACINTHUS corollis lanatis, caule ramofo. *Roy.*
lugdb. 27.
Habitat - - -

ALETRIS.

1. ALETRIS. *Gen. nov.* 1076 *farinosa.*
 Hyacinthus caule nudo, foliis lingviformibus acuminatis
 dentatis. *Gron. virg.* 38.
 Hyacinthus floridanus spicatus. *Pluk. amalth.* 119. t.
 437. f. 3.
Habitat in America septentrionali. ♀

YUCCA.

1. YUCCA foliis integerrimis. *Vir. cliff.* 29. *gloriosa.*
 Yucca foliis margine integerrimis. *Hort. cliff.* 130.
Hort. ups. 88. *Roy. lugdb.* 29.
 Yucca foliis aloës. *Baub. pin.* 91.
 Yucca indica, foliis aloës. *Barr. rar.* 70. t. 1194.
 Cordyline foliis pungentibus integerrimis. *Roy. lugdb.* 22.
Habitat in Canada, Peru. ♀
2. YUCCA foliis crenulatis strictis. *aloifolia.*
 Yucca foliis crenulatis. *Vir. cliff.* 29.
 Yucca foliorum margine crenulato. *Hort. cliff.* 130. a.
 Yucca arborefcens, foliis rigidioribus rectis ferratis. *Dill.*
elth. 435. t. 323. f. 416.
 Aloë, yuccæ foliis, caulescens. *Pluk. alm.* 19. t. 256. f. 4.
 Aloë americana, yuccæ folio, arborefcens. *Comm. præl.*
 64. t. 14.
Habitat in Jamaica, Vera Cruce. ♀
3. YUCCA foliis crenatis nutantibus. *draconis.*
 Yucca foliorum margine crenulato. *Hort. cliff.* 130. β.
Hort. ups. 88.
 Yucca draconis folio ferrato. *Dill. elth.* 437. t. 324.
 f. 417. *Comm. præl.* 42. 67. t. 16.
 Draconi arbori affinis americana. *Baub. pin.* 506.
 Cordyline foliis pungentibus crenatis. *Roy. lugdb.* 22.
Habitat in America. ♀
4. YUCCA foliis ferrato-filamentosis. *filamentosa.*
 Yucca foliis lanceolatis acuminatis integerrimis margine
 filamentosis. *Gron. virg.* 152.
 Yucca foliis filamentosis. *Morif. hist.* 2. p. 419.
 Yucca virginiana, foliis per marginem apprime filatis.
Pluk. alm. 396.
Habitat in Virginia. ♀

ALOE.

1. ALOE floribus pedunculatis crenuis corymbosis sub- *perfoliata.*
 cylindricis. Aloë

- Aloë foliis caulinis dentatis amplexicaulibus vaginantibus. *Hort. cliff.* 132. *Hort. ups.* 86. *Roy. lugdb.* 23.
- α. Aloë africana caulescens, foliis magis glaucis caulem amplectentibus & in mucronem obtusiores desinentibus. *Comm. præl.* 68. t. 17. *rar.* 44. t. 44.
- β. Aloë africana caulescens, foliis minus glaucis; dorsi parte suprema spinosa. *Comm. præl.* 69. t. 18.
- γ. Aloë africana caulescens, foliis glaucis latioribus & undique spinosis. *Comm. præl.* 70. t. 19.
- δ. Aloë africana caulescens, foliis glaucis brevissimis, foliorum summitate interna & externa nonnihil spinosa. *Comm. præl.* 73. t. 22. *rar.* 45. t. 45.
- ε. Aloë africana caulescens, foliis glaucis: dorso integro spinoso. *Comm. præl.* 71. t. 20.
- ζ. Aloë africana caulescens, foliis glaucis brevioribus: foliorum parte interna & externa nonnihil spinosa. *Comm. præl.* 71. t. 21.
- η. Aloë africana caulescens, foliis glaucis caulem amplectentibus. *Comm. hort.* 2. p. 27. t. 14.
- θ. Aloë africana caulescens, foliis spinosis maculis ab utraque parte albicantibus notatis. *Comm. hort.* 2. p. 9. t. 5.
- ι. Aloë africana caulescens perfoliata glauca & non spinosa. *Comm. præl.* 74. t. 23.
- κ. Aloë africana, foliis glaucis: margine & dorsi parte superiore spinosis, flore rubro. *Comm. præl.* 75. t. 24. *hort.* 2. p. 23. t. 12.
- λ. Aloë africana maculata spinosa major. *Dill. elth.* 17. t. 14. f. 15.
- μ. Aloë africana maculata spinosa minor. *Dill. elth.* 18. t. 14. f. 16.
- ν. Aloë africana mitriformis spinosa. *Dill. elth.* 21. t. 17. f. 19.
- ξ. Aloë succotrina angustifolia spinosa, flore purpureo: *Comm. hort.* 1. p. 91. t. 48.
Aloë americana, ananæ floribus suave rubentibus. *Pluk. alm.* 19. t. 240. f. 4.
- ο. Aloë foliis erectis subulatis radicatis undique inerme spinosis. *Hort. cliff.* 131. *Roy. lugdb.* 24.
Aloë africana humilis, spinis inermibus & verrucosis obsita. *Comm. præl.* 77. t. 26. *rar.* 46. t. 46.
Habitat in Æthiopia. b
Plantam ο ad hanc speciem pertinere docuere flores, quamvis habitu videatur aliena.
- * Aloë foliis spinosis confertis dentatis vaginantibus planis

humilis.

vera.

planis maculatis. *Hort. cliff.* 130. *Hort. ups.* 86.
Mat. med. 160. *Roy. lugdb.* 22.

Aloe vulgaris. *Bauh. pin.* 386.

Kadanaku f. Catevala. *Rheed. mal.* 11. p. 7. t. 3.

Habitat in Indiis. 5

Flores nobis non visi, ideoque non determino; facies
 tamen ita præcedentis est, ut eandem esse vix dubi-
 tarem.

2. ALOE floribus pedunculatis cernuis racemosis prisma- *variegata.*
 ticis: ore patulo æquali.

Aloe foliis canaliculatis trifariam imbricatis radicatis
 erectis: angulis cartilagineis ternis. *Hort. cliff.* 132.

Hort. ups. 87. *Roy. lugdb.* 24.

Aloe africana humilis, foliis ex albo viridi variegatis.

Comm. præl. 79. t. 28. rar. 27. t. 27. *Till. pis.* 7. t. 7.

Habitat in Æthiopiæ argillosis. 4

3. ALOE floribus pedunculatis, pedunculis ovato-cylin- *disticha.*
 dricis curvis.

Aloe foliis linguiformibus patulis disticis. *Hort. cliff.*
 132. *Hort. ups.* 86. *Roy. lugdb.* 23.

Aloe africana, flore rubro, folio maculis albicantibus
 ab utraque parte notato. *Comm. hort.* 2. p. 15. t. 8.

β. Aloe africana flore rubro, folio triangulari & verrucis
 albicantibus ab utraque parte notato. *Comm. hort.* 2.
 p. 17. t. 9.

Aloe africana sessilis, foliis carinatis verrucosis. *Dill.*
elth. 22. t. 18. f. 20.

δ. Aloe africana, foliis planis conjugatis carinatis verru-
 cosis, caule & flore corallii colore. *Mart. cent.* 11.
 t. 11.

ε. Aloe africana arborescens montana non spinosa, folio plicatilis.
 longissimo plicatili, flore rubro. *Comm. hort.* 2. p. 5.
 t. 3.

Habitat in Africa rupibus. 5

4. ALOE floribus sessilibus horizontalibus infundibuli- *hyacinthoi-*
 formibus æqualibus limbo revolutis. *des.*

Aloe foliis lanceolatis planis rectis radicatis. *Hort. cliff.*
 132. *Hort. ups.* 85. *Fl. zeyl.* 130. *Roy. lugdb.* 24.

α. Aloe zeylanica pumila, foliis variegatis. *Comm. hort. zeylanica.*
 2. p. 41. t. 21. *Pluk. alm.* 19. t. 256. f. 5.

β. Aloe guineensis, radice geniculata, foliis e viridi & a- guineensis.
 tro undulatim variegatis. *Comm. hort.* 2. p. 39. t. 26.
præl. 84. t. 23.

Habitat α in Zeylona, β . in Guinea. γ

Plantæ β flores non vidi, dubiam emendent vel confirmant autoptæ.

spiralis.

5. ALOE floribus sessilibus ovatis crenatis: segmentis interioribus conniventibus.

Aloë foliis ovatis acuminatis caulinis quinquefariam imbricatis. *Hort. cliff.* 132. *Hort. ups.* 87. *Roy. lugdb.* 23.

Aloë africana erecta rotunda, folio parvo & in acumen acutissimum exeunte. *Dill. elth.* 16. t. 13. f. 14. *Comm. præl.* 83. t. 32.

Habitat in Africæ campestribus. δ

retusa.

6. ALOE floribus sessilibus triquetris bilabiatis: labio inferiore revoluto.

Aloë foliis rhomboidalibus ventricosis quinquefariam positis radicatis triquetris plano exstantibus. *Hort. cliff.* 132. *Hort. ups.* 87. *Roy. lugdb.* 24.

Aloë africana, brevissimo crassissimoque folio, flore viridi. *Comm. hort.* 2. p. 2. p. II. t. 6. *Till. pis.* 6. t. 5.

Habitat in Africæ argillosis. γ

viscosa.

7. Aloë floribus sessilibus infundibuliformibus bilabiatis: laciniis quinque revolutis: summa erecta.

Aloë foliis canaliculatis trifariam imbricatis: caulinis apice reflexo-patulis. *Hort. cliff.* 132. *Hort. ups.* 87. *Roy. lugdb.* 23.

Aloë africana erecta triangularis & triangulari folio viscoso. *Comm. præl.* 82. t. 31. *Till. pis.* 6. t. 5. *Dill. elth.* 15. t. 13. f. 13.

Habitat in Æthiopiæ campestribus. γ

pumila.

8. ALOE floribus sessilibus bilabiatis: labio superiore erecto; inferiore patente.

margaritifera.

- α . Aloë foliis ovato-subulatis acuminatis tuberculis cratitilagineis undique adpersis. *Hort. cliff.* 131. *Roy. lugdb.* 24.

Aloë africana, folio in summitate triangulari, margaritifera, flore subviridi. *Comm. hort.* 2. p. 19. t. 10.

β . Aloë africana margaritifera minor. *Comm. hort.* 2. p. 21. t. 11. *Dill. elth.* 19. t. 16. f. 17.

γ . Aloë africana margaritifera minima. *Comm. præl.* 43. *Dill. elth.* 20. t. 16. f. 18.

Arachnoidea.

δ . Aloë africana humilis arachnoidea. *Comm. præl.* 72. t. 27.

8. Aloë foliis ovato-lanceolatis carnosis apice triquetris: angulis inermes dentatis. *Hort. cliff.* 131. *Hort. ups.* 86. *Roy. lugdb.* 24.

Aloë africana minima atroviridis, spinis herbaceis numerosis ornata. *Boerb. lugdb.* 2. p. 131. t. 131.

Habitat in Æthiopiæ campestribus. ¶

Flores in hoc genere specierum certissimi indices conjungunt *Margaritiferam* & *Arachnoideam*.

9. ALOE floribus sessilibus reflexis imbricatis prismaticis. *Uvaria*

Aloë foliis linearibus radicalibus membranaceis. *Hort. cliff.* 133. *Roy. lugdb.* 23.

Aloë africana folio triangulari longissimo & angustissimo, floribus luteis foetidis. *Comm. hort.* 2, p. 29. t. 15. *Seb. thes.* 1. p. 29. t. 19. f. 3.

Habitat ad Cap. b. Spei. ¶

AGAVE.

1. AGAVE foliis dentato-spinosis, scapo ramoso. *Gen. americana*
nov. 1102.

Agave foliis spinoso-dentatis mucronatisque. *Hort. ups.* 81.

Aloë foliis lanceolatis dentatis spina terminatis radicalibus. *Hort. cliff.* 130. *Roy. lugdb.* 22.

Aloë folio in oblongum mucronem abeunte. *Bauh. pin.* 286.

Habitat in America calidiorē. ¶

2. AGAVE foliis dentatis, staminibus corollam æquantibus. *vivipara*

Aloë americana polygona. *Comm. rar.* 65. t. 65.

Habitat in America.

Confer. Aloe americana sobolifera. *Herm. lugdb.* 16. t. 17.

3. AGAVE foliis dentato-spinosis, scapo simplicissimo. *virginica*
Gen. nov. 1102.

Aloe foliis lanceolatis spina cartilaginea terminatis, floribus alternis sessilibus. *Gron. virg.* 152.

Habitat in Virginia. ¶

4. AGAVE foliis integerrimis. *Gen. nov.* 1102.

Aloe foliis integerrimis patentiusculis aculco-terminatis, radice caulescente. *Hort. cliff.* 132.

Aloe americana, viridi rigidissimo & foetido folio, Plet dicta indigenis. *Comm. hort.* 2. p. 35. t. 18.

Aloe americana, radice tuberosa, minor. *Pluk. alm.* 19.
t. 258. f. 2.

Habitat in Curacao. †

HEMEROCALLIS.

Lilio Asphodelus. 1. HEMEROCALLIS scapo ramoso, corollis monopetalis. *Hort. ups.* 88.

Hemerocallis radice tuberosa, corollis monopetalis. *Hort. cliff.* 128. *Roy. lugdb.* 26.

flavus. α. *Hemerocallis radice tuberosa, corollis monopetalis luteis.* *Gmel. sib.* 1. p. 37.

Lilio Asphodelus luteo flore. *Clus. hist.* 1. p. 137.

Lilium luteum, asphodeli radice. *Baub. pin.* 80.

fulvus. β. *Lilium rubrum, asphodeli radice.* *Baub. pin.* 80.

Lilio-asphodelus puniceus. *Clus. hist.* 1. p. 137.

Habitat α in Hungariæ, Sibiriaë campis uliginosis, at β.

Hybrida & constans, ex India Orientali. †

Liliastrum. 2. HEMEROCALLIS scapo simplici, corollis hexapetalis campanulatis. *Hort. cliff.* 128. *Roy. lugdb.* 27.
Hall. helv. 290.

Phalangium magno flore. *Baub. pin.* 29.

Phalangium allobrogicum majus. *Clus. app. alt.*

Phalangium. *Dalech. hist.* 852.

Habitat in Alpibus Helveticis, Allobrogicis. †

Habitu conveniunt Hæc, Antherica 1. 2. 3, Asphodeli 2.

3, sed quis character connecteret?

ACORUS

Calamus vulgaris. 1. ACORUS. *Roy. lugdb.* 6. *Fl. suec.* 277. *Mat. med.* 16.

α. *Acorus verus f. Calamus aromaticus officinarum.* *Baub. pin.* 34. *Hort. cliff.* 137.

Typha aromatica, clava rugosa. *Moris. hist.* 3. p. 246
f. 8. t. 13. f. 4.

verus. β. *Acorus asiaticus, radice tenuiore.* *Herm. lugdb.* 9. *Fl. zeyl.* 132.

Waembu. *Rheed. mal.* 11. p. 99. t. 60.

Habitat α in Europæ, β. in Indiaë fossis paludosis. †

ORONTIUM.

aquaticum. 1. ORONTIUM. *Gen. nov.* 1086. f. 3. *

Arum folio enervi ovato. *Gron. virg.* 113.

Arum fluitans, pene nudo. *Banist. virg.* 1926.

Habitat in Virginiaë, Canadaë paludibus, scaturiginibus. †

HÆMANTHUS,

1. HÆMANTHUS foliis lingviformibus planis. *Roy. coccineus.*
lugdb. 42.

Hæmanthus foliis obtusis basi truncatis. *Hort. cliff.* 127.

Hæmanthus africanus. *Comm. hort.* 2. p. 127. t. 64.

Habitat ad Cap. b. Spei. 2

2. HÆMANTHUS foliis lanceolatis undulatis. *Hort. puniceus.*
cliff. 127. *Hort. ups.* 127. *Roy. lugdb.* 42.

Hæmanthus colchici foliis, perianthio herbaceo. *Dill.*
elth. 167. p. 140. t. 2.

Hyacintho affinis africana, bulbosa radice, caule elegantissime maculato. *Seb. thes.* 1. p. 20. t. 12. f. 1. 2 3.

Orchis f. Satyrium e Guinea. *Swert. flor.* 1. p. 62. f. 3.

Habitat in Africa. 2

CALAMUS.

1. CALAMUS.

Rotang.

Arundo zeylanica spinosissima major, fructibus rotundis scabris acidis. *Burm. zeyl.* 36. *Fl. zeyl.* 468.

Arundo nucifera Rotang dicta, fructu spadicei coloris striis purpureis venuste tessulato. *Pluk. alm.* 53.

Arundo Rotang dicta. *Pis. mant.* 188.

Fructus cannæ de Benghala. *Bauh. pin.* 405.

Habitat in Indiæ sylvis juxta fluentia. 2

JUNCUS.

* *Culmis nudis.*

1. JUNCUS culmo subnudo tereti mucronato, panicula *acutus.*
terminali, involucrio diphylo spinoso.

Juncus culmo pungente, panicula ex folii solitarii axilla. *Sauv. monsp.* 9.

Juncus panicula universali culmo brevior infime coarctata, secundariis paululum laxis, capsulis triquetro-subovatis nitentibus. *Guett. stamp.* 2. p. 412.

Juncus acutus, capitulis forghi. *Bauh. hist.* 2. p. 520.
Moris. hist. 3. p. 232. f. 8. t. 10. f. 15.

β. Juncus panicula universali culmo longiore, secundariis laxis longe pedunculatis: media præcipue. *Guett. stamp.* 2. p. 412.

Juncus acutus maritimus anglicus. *Raj. hist.* 1303. *Moris. ibid.* f. 14.

Habitat in Angliæ, Galliæ, Italiæ maritimis paludosis. 2

- conglomeratus.* 2. JUNCUS culmo nudo stricto, capitulo laterali. Roy. lugdb. 44. Fl. suec. 278.
ambrosius. Juncus lævis, panicula non sparsa. Baub. pin. 12. theatr. 183.
 Juncus lævis, panicula conglomerata. Scheuch. gram. 343.
 Juncus. Cam. epit. 780.
 Habitat in Europæ borealis uliginosis. ♀
- effusus.* 3. JUNCUS culmo nudo stricto: panicula laterali. Roy. lugdb. 44. Fl. suec. 279.
 a. Juncus culmo nudo acuminato ad basin squamato, floribus sessilibus. Fl. lapp. 116. Hall. helv. 254.
 Juncoides alpinum, flosculis junci glomeratis atrofuscis. Scheuch. hist. 323.
 b. Juncus culmo nudo acuminato ad basin squamato, floribus pedunculatis. Fl. lapp. 117. Gron. virg. 38.
 Juncus lævis, panicula sparsa, major. Baub. pin. 12. theatr. 182. Scheuch. gram. 341.
 Juncus lævis. Dod. pempt. 606.
 Habitat in Europæ uliginosis, a in alpibus. ♀
- inflexus.* 4. JUNCUS culmo nudo: apice membranaceo incurvo, panicula laterali.
 Juncus culmo nudo, paniculam arcuatim tegente. Sauv. monsp. 9.
 Juncus, acumine reflexo, major. Baub. pin. 12. prodr. 184. Moris. hist. 3. p. 233. f. 8. t. 10. f. 25. Barr. ic. 204. Hall. helv. 252.
 Juncus, acumine reflexo, alter. Baub. pin. 12. prodr. 22. Scheuch. gram. 345.
 7. Juncus panicula univertiali laterali culmo longiore, secundariis sparsis. Guett. stamp. 412.
 Juncus acutus, panicula sparsa. Baub. pin. 412.
 Habitat in Europa australi. ♀
- filiformis.* 5. JUNCUS culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali. Roy. lugdb. 44. Gron. virg. 152. Fl. suec. 280.
 Juncus parvus, calamo supra paniculam longius producto. Raj. angl. 3. p. 432. Fl. lapp. 118.
12. ERICA antheris bifidis inclusis, corollis subglobosis subvillosis ternis, pedunculis triphyllis, foliis ternis.

Habitat in Æthiopia. ♪

curviflora.

13. ERICA antheris bifidis exsertis, corollis clavato-cylindricis curvis solitariis longis, foliis subternis.

Erica foliis linearibus quaternis oppositis villosis, corollis longissimis solitariis. *Hort. cliff.* 148.

Erica africana frutescens. *Seb. thes.* 2. p. 20. t. 19. f. 5.

Erica spicata, floribus oblongis ex carneo purpureis.

Pluk. mant. 67. t. 346. f. 9.

Habitat in Æthiopia. ♪

bruniades.

14. ERICA antheris bifidis exsertis stylo brevioribus, corollis globosis tectis calyce lanato, foliis ternis.

Eriocephalus bruniades ericæformis monomopatensis, capitulis globulorum instar interius cavis & densa lanugine tectis. *Pluk. mant.* 69. t. 347. f. 9.

Frutex africanus aromaticus. *Seb. thes.* 2. p. 64. t. 63. f. 7.

Habitat in Æthiopia. ♪

15. E-

15. ERICA antheris bifidis exsertis, corollis globosis *capitata.*
 , calycibus hispidis
 Erica africana calyce lanuginoso ex viridi luteo capitulum referente, floribus concoloribus exiguis lanugine obsitis. *Seb. thes. 1. p. 30. t. 20. f. 1.*
Habitat in Æthiopia. h
16. ERICA antheris bifidis simplicibus exsertis, corollis *carnea.*
 ovatis sublongioribus, foliis quaternis triangularibus patentibus.
 Erica procumbens, ternis foliolis, *carnea. Baub. pin. 486.*
 Erica coris folio IX. *Clus. hist. 1. p. 44.*
Habitat in Pannonia, Helvetia.
17. ERICA antheris bifidis simplicibus exsertis, corollis *multiflora.*
 campanulatis longioribus, foliis quinis linearibus patentibus.
 Erica, foliis corios, multiflora. *Baub. hist. 1. p. 356.*
 Erica juniperifolia dense fruticans narbonensis. *Lob. hist. 620. Sauv. monsp. 46.*
Habitat Monspelii. h
18. ERICA antheris bifidis inclusis, corollis globosis glabris quaternis, foliis quaternis setaceis patulis. *pilulifera.*
Habitat in Æthiopia. h
19. ERICA antheris bifidis exsertis, corollis clavatis, calycibus duplicibus. *coccinea.*
 Erica africana angustifolia glabra, floribus oblongis tubulosis dependentibus coccineis, cum longissimis filamentis concoloribus. *Seb. thes. 1. p. 32. t. 21. f. 4.*
Habitat in Æthiopia. h
20. ERICA antheris bifidis exsertis, corollis globosis mediocribus, pedunculis triphyllis, foliis quaternis. *corifolia.*
 Erica africana glabra fruticosa, coris folio, arbuti flore dilute purpureo. *Seb. thes. 1. p. 32. t. 21. f. 3.*
Habitat in Æthiopia. h
21. ERICA antheris bifidis inclusis, corollis cylindricis longioribus aggregatis, foliis verticillatis dentato-*abietina.*
 culeatis.
 Erica foliis subulatis glabris quinis pluribusve verticillatis, floribus longissimis terminalibus confertis. *Hort. cliff. 148.*
 Erica africana, abietis folio longiore & tenuiore, floribus

bus oblongis saturate rubris. *Raj. dendr.* 96. *Seb. thes.* 1. p. 31. t. 21. f. 1.

Habitat in Æthiopia. †

gnaphaloides 22. ERICA antheris bifidis inclusis, corollis globosis ternis, calycibus duplicibus obtusis.

Habitat in Æthiopia. †

Facies plantæ Gnaphalii.

plukeneti. 23. ERICA antheris bifidis exsertis, corollis subcylindricis indivisis longioribus, calycibus simplicibus, foliis linearibus verticillatis.

Chamæpithys æthiopica, foliis læte virentibus, flore oblongo phœniceo plus quam eleganti s. plusqueneti.

Pluk. mant. 45. t. 344. f. 3.

Habitat in Æthiopia.

DAPHNE.

* *Floribus lateralibus.*

Mezerium. 1. DAPHNE floribus sessilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis.

Daphne floribus sessilibus infra folia elliptico-lanceolata.

Fl. lepp. 140. *Fl. succ.* 311. *Mat. med.* 179. *Hort. cliff.* 147. *Roy. lugdb.* 201.

Laureola folio deciduo, flore purpureo, officinis Laureola femina. *Baub. pin.* 462.

Daphnoides. *Cam. epit.* 937.

Habitat in Europæ borealis sylvis. †

Thymelæa. 2. DAPHNE floribus sessilibus axillaribus, foliis lanceolatis, caulibus simplicissimis.

Daphne floribus tetrandris secundum caules simplicissimos. *Sauv. monsp.* 56.

Thymelæa foliis polygalæ glabris. *Baub. pin.* 463.

Sanamunda viridis vel glabra. *Baub. prodr.* 160.

Sanamunda glabra. *Baub. hist.* 1. p. 592.

Habitat in Hispania & Mospelii in Horto Dei. †

Tarton raira 3. DAPHNE floribus sessilibus aggregatis axillaribus, foliis ovatis utrinque pubescentibus nervosis.

Thymelæa foliis candicantibus & serici instar mollibus. *Baub. pin.* 463.

Tarton-Raire galloprovinciæ monspeliensium. *Lob. ic.* 371.

Habitat in Galloprovincia. †

alpina. 4. DAPHNE floribus sessilibus aggregatis lateralibus, foliis lanceolatis obtusiusculis subtus tomentosis.

Thy-

- Thymelæa floribus inter folia, folio utrinque hirsuto.
Hall. helv. 187. Sauv. monsp. 57.
- Chamelæa alpina, folio inferne incano. *Bauh. pin. 1462.*
- Chamelæa alpina incana. *Lob. ic. 370.*
- β. Chamelæa fabaudica, folio utrinque incano, flore albo.
Raj. hist. 1588.
- Thymelæa, incana, mezerei folio & facie, furculis admodum fragilibus. *Pluk. alm. 366. t. 229. f. 3.*
Habitat in Alpibus Helvetiæ, Genevæ, Italiæ.
5. DAPHNE racemis axillaribus, foliis lanceolatis glabris. *Laureola.*
 Daphne racemis lateralibus, foliis lanceolatis integris.
Hort. cliff. 147. Hort. ups. 94. Mat. med. 180. Sauv. monsp. 57.
 Laureola sempervirens, flore viridi, quibusdam Laureolamas. *Bauh. pin. 462.*
 Laureola. *Dod. pempt. 365.*
Habitat in Anglia, Helvetia, Gallia, Baldo. †
6. DAPHNE pedunculis lateralibus bifloris, foliis lanceolatis ovatis. *pontica.*
 Thymelæa pontica, citrei foliis. *Tournef. itin. 3. p. 180. t. 180.*
Habitat in Ponto. †
- * *Floribus terminalibus.*
7. DAPHNE capitulo terminali pedunculato, foliis oppositis oblongo-ovatis glabris. *indica.*
Habitat in China. †
 Frutex parvus. Folia opposita, oblongo-ovata, integerrima, glabra. Pedunculus terminalis, brevissimus, apice gerens flores 6 ad 8 sessiles.
8. DAPHNE floribus congestis terminalibus sessilibus, foliis lanceolatis nudis. *Cneorum.*
 Daphne humifusa, foliis oblongis flores sessiles terminales subcingentibus. *Sauv. monsp. 57.*
 Thymelæa affinis facie externa. *Bauh. pin. 463.*
 Cneorum. *Matth. hist. 46. Clus. hist. 89.*
Habitat in Helvetia, Hungaria, Pyrenæis, Baldo, L. B. Munchhausen. †
9. DAPHNE panicula terminali, foliis lineari-lanceolatis acuminatis. *Gnidium.*
 Daphne foliis lanceolatis basi angustioribus, racemo nudo terminali. *Sauv. monsp. 56.*

Daphne floribus racemosis, foliis lineari-lanceolatis acuminatis integris. Guett. stamp. 2. p. 427.

Thymelæa foliis lini. Baub. pin. 463.

Thymelæa. Clus. hist. 1. p. 87. Cam. epit. 974.

Habitat in Hispania, Italia, G. Narbonensi. h

squarrosa.

10. **DAPHNE** floribus terminalibus pedunculatis, foliis sparsis linearibus patentibus mucronatis.

Thymelæa capitata lanuginosa, foliis creberrimis minimis aculeatis. Burm. afr. 134. t. 49. f. 1.

Habitat in Æthiopia. h

DIRCA.

palustris.

1. **DIRCA.** *Gen. nov. 1078. **

Thymelæa floribus albis primo vere erumpentibus, foliis oblongis acuminatis, viminibus & cortice valde tenacibus. Gron. virg. 155.

Habitat in Virginie paludosis. h

GNIDIA.

1. **GNIDIA** foliis sparsis lineari-subulatis.

Rapunculus foliis nervosis linearibus, floribus argenteis non galeatis. Burm. afr. 112. t. 41. f. 3.

Habitat in Æthiopia. h

2. **GNIDIA** foliis alternis ovato-lanceolatis.

Habitat in Æthiopia. h

Fores tomentosi, capitati, terminales.

oppositifolia. 3. **GNIDIA** foliis oppositis lanceolatis.

Habitat in Æthiopia. h

Frutex ramis rectis. Folia opposita, lanceolata, glabra, integerrima. Flores terminales, conferti, infundibuliformes, tubo villosa, petalis emarginatis.

BÆCKEA.

frutescens.

1. **BÆCKEA.**

Habitat in China. D. D. Abrab. BÆCK. S. R. M:tis.

Suecia medicus ordinarius, Amicus noster vere sincerus, e cujus horto sicco plurimas variores stirpes obtinimus, etiam hanc primus nobiscum communicavit.

Frutex habitu abrotani, ramis virgatis: Ramulis oppositis, brevibus, simplicibus. Folia opposita, linearia, acuta, glabra, integerrima. Flores axillares, solitarii, pedunculo nudo longitudine floris, foliis longe brevioribus.

Perianthium infundibuliforme, quinquedentatum. Petala

tala 5, subrotunda, patula, calyci inserta. Filamenta 8, quorum 6 paria, & 2 solitaria, brevissima, inflexa. Antheræ subovatae, parvae. Germen subrotundum. Stylus filiformis, corolla brevior. Stigma capitatum. Chinesibus Tjongina. Usbeck.

DIGYNIA.

GALENIA.

1. GALENIA. *Hort. cliff.* 150. *Roy. lugdb.* 209. *africana.*
Sherardia. Pont. epist. 14.
 Kali lignosum, flore muscoso, rosmarini folio. *Bocc. mus.* 150. t. 110.
 Atriplex africana lignosa frutescens, rosmarini foliis. *Till. pis.* 20. t. 25.
Habitat in Africa. †

MOEHRINGIA.

1. MOEHRINGIA *muscosa.*
 Alfine montana, capillaceo folio. *Bauh. pin.* 251. *Scheuchz. alp.* 503. t. 6. *Pluk. alm.* 23. t. 75. f. 1.
 Alfine saxifraga angustifolia minima montana. *Cold. ecphr.* 1. p. 292. t. 290.
 β. Alfine tenuifolia muscosa. *Bauh. pin.* 251. *Moris. bles.* 10. *hist.* 2. p. 551. f. 5. t. 23. f. 12.
Habitat in Alpibus Helvetiæ, Italiæ, Austriæ.

TRIGYNIA.

POLYGONUM

* *Atraphaxoides caule frutescente.*

1. POLYGONUM caule fruticoso, calycinis foliolis duobus reflexis. *Hort. ups.* 95. *frutescens.*
Atraphaxis inermis, foliis planis. Hort. cliff. 138. *Roy. lugdb.* 209.
Lapathum orientale, frutex humilis, flore pulchro. Tournef. cor. 38.
Lapathum dauricum montanum fruticans, ramis late sparsis. Amm. ruth. 227.
Habitat in Sibiria, Dauria. †

* *Bistorta spica unica.*

Bistorta.

2. POLYGONUM caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. *Mat. med.* 188. *Bistorta* foliis ovato-oblongis acuminatis. *Hort. cliff.* 150. *Hort. ups.* 150. *Roy. lugdb.* 217. *Bistorta major*, radice magis intorta. *Baub. pin.* 192. *Bistorta. Cam. epit.* 683. *Habitat in montibus Helvetiæ, Austriæ, Galliæ.* 4

viviparum.

3. POLYGONUM caule simplicissimo monostachyo, foliis lanceolatis. *Bistorta* foliis lanceolatis. *Fl. lapp.* 152. *Fl. suec.* 321. *Hort. cliff.* 150. *Bistorta montana minor*, radice intorta inodora, flosculis in spicæ cacumine albis sterilibus, inferna spicæ parte tuberculis proliferis turbinatis puniceis fecunda. *Amm. rath.* 169. *Bistorta alpina media.* *Baub. pin.* 192. *Bistorta alpina minor.* *Baub. pin.* 192. *Habitat in Europæ subalpinis pascuis duris.* 4

serratum.

4. POLYGONUM foliis crenatis. *Polygonum folio oblongo crenato.* *Shaw. afr.* 489. *Habitat in Mauritania.*

* *Perficaria pistillo bifido.*

virginianum

5. POLYGONUM floribus pentandris digynis, corollis quadrifidis, foliis ovatis. *Perficaria* floribus pentandris digynis, corolla quadrifida inæquali. *Wach. ultr.* 258. *Perficaria* florum staminibus quinis, stylo duplici, corolla quadrifida inæquali. *Hort. cliff.* 42. *Gron. virg.* 43. *Roy. lugdb.* 216. *Perficaria frutescens maculosa virginiana*, flore albo. *Moris. hist.* 2. p. 589. *Raj. hist.* 183. *Habitat in Virginia.* 4

Lapatbifolium.

6. POLYGONUM floribus pentandris semidigynis, staminibus corollæ regulari æqualibus. *Perficaria* floribus pentandris digynis, corolla regulari staminibus æquali. *Wach. ultr.* 257. *Perficaria* florum staminibus quinis semidigynis, stylo bifido corollæ regulari æquantibus. *Hort. cliff.* 42. *Perficaria major*, lapathi foliis, calyce floris purpureo. *Tournef. inst.* 510. *Raj. suppl.* 119. *Perficaria Hydropiper.* *Lob. ic.* 315. *Habitat in Gallia.*

7. POLYGONUM floribus pentandris semidigynis, staminibus corolla longioribus. *amphibium.*
 Persicaria florum staminibus quinque corollam superantibus, stylo bifido. *Hort. cliff. 41. Roy. lugdb. 216.*
 Persicaria floribus pentandris digynis, corolla staminibus brevioribus. *Fl. suec. 318.*
 Potamogeton salicis folio. *Baub. pin. 193.*
Habitat in Europa.
8. POLYGONUM floribus pentandris trigynis axillari-*maritimum.*
 bus, foliis lanceolatis, caule stipulis obtecto fruticoso.
 Polygonum maritimum latifolium. *Baub. pin. 280.*
 Polygonum marinum. *Cam. epit. 691.*
Habitat Monspeli, in Italia, Virginia. \S
Stamina huic speciei quina adnumerat D. Sauvages, a me non numerata.
9. POLYGONUM floribus pentandris trigynis, foliis lanceolatis. *ocreatum.*
 Persicaria spicis longis numerosis, vaginis integris, floribus pentandris trigynis. *Gmel.*
Habitat in Sibiria. D. Gmelin.
Stipulae sunt vaginae integrae, ventricosae, laeves, ampliores multo quam caulis. Folia lanceolata, revoluta. Flores racemosi.
10. POLYGONUM floribus hexandris semidigynis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis. *Hydropiper.*
 Polygonum foliis lanceolatis, floribus hexandris semidigynis. *Mat. med. 187.*
 Persicaria floribus hexandris semidigynis. *Fl. suec. 320.*
 Persicaria florum staminibus senis, stylo bifido. *Hort. cliff. 46. Roy. lugdb. 216.*
 Persicaria urens f. *Hydropiper. Baub. pin. 101.*
Hydropiper. Dod. perempt. 607.
Habitat in Europae subhumidis. ☉
11. POLYGONUM floribus hexandris digynis, spicis ovatis oblongis, foliis lanceolatis, stipulis ciliatis. *Persicaria.*
 Persicaria floribus hexandris digynis. *Fl. suec. 319.*
 Persicaria florum staminibus senis, stylo duplici. *Hort. cliff. 42. Gron. virg. 157. Roy. lugdb. 216.*
 Persicaria mitis. *Baub. hist. 3. p. 779. Fl. lapp. 71.*
 Persicaria mitis maculosa & non maculosa, *Baub. pin. 101.*
Habitat in Europae cultis. ☉

- barbatum.* 12. **POLYGONUM** floribus hexandris trigynis, spicis virgatis, stipulis truncatis setaceo ciliatis, foliis lanceolatis.
 Persicaria foliis ovatis glabris, *Kraschen. comm. petr.* 1747. p. 375. t. 13.
Habitat in China.
 Caulis herbaceus, rufus. Stipulæ vaginales, axæ, pilosæ, truncatæ, ciliatæ, setis validis longitudine ferme ipsius stipulæ. Spicæ virgatæ, longæ, floribus remotis, tribus ex singula bractea turbinata. Folia lanceolata.
- orientale.* 13. **POLYGONUM** floribus heptandris digynis, foliis ovatis, caule erecto, stipulis hirtis.
 Persicaria florum staminibus sex pluribusque, stylo duplici. *Hort. cliff.* 42. *Hort. ups.* 96. *Roy. lugdb.*
 Persicaria orientalis, nicotianæ folio, calyce florum purpureo. *Tournef. cor.* 38. *Comm. rar.* 43. t. 43.
 β. Persicaria maderaspatana, longiore folio, hirsuta. *Pluk. alm.* 288. t. 210. f. 7.
Habitat in Oriente, India. ☉
Indica longe hirsutior est, quam orientalis.
- pensylvanicum.* 14. **POLYGONUM** floribus octandris digynis, pedunculis hispidis, foliis lanceolatis.
Habitat in Pennsylvania. *Kalm.*
 Facies & habitus *Polygoni* II, sed majora strictiora omnia. Caulis ramosus, angulatus. Folia lanceolata, acuminata, subtus admodum scabra. Stipulæ truncatæ, muticæ. Pedunculi scabri, setis rigidiusculis apice gluten secernentibus. Spicæ subracemosæ, flosculis pedicellatis.
- aviculare.* * *Polygonum foliis indivisis, floribus octandris.*
 15. **POLYGONUM** floribus octandris trigynis axillari-
 bus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo.
 Polygonum caule procumbente herbaceo, foliis lanceolatis integerrimis. *Mat. med.* 186.
 Polygonum. *Hort. cliff.* 150. *Fl. suec.* 322. *Gron. virg.* 44. *Roy. lugdb.* 215. *Hall. belv.* 182
 Polygonum latifolium. *Bauh. pin.* 281.
 β. Polygonum brevi angustoque folio. *Bauh. pin.* 281.
 γ. Polygonum oblongo angusto folio. *Bauh. pin.* 281. *Fl. lapp.* 153.
 δ. Polygonum angustis foliis, calycibus purpurascens.
Dill. app. 65.

8. *Polygonum erectum humile, foliis orbum. Dill. app. 65.*
Habitat in Europæ cultis ruderatis. ☉

16. **POLYGONUM** floribus octandris trigynis axillari- *erectum.*
 bus, foliis ovalibus, caule erecto herbaceo.

Habitat in Philadelphia, enata ex seminibus D. Kalmii. ☉

17. **POLYGONIUM** floribus octandris trigynis, spicis *articulatum.*
 paniculatis articulatis, stipulis vaginalibus truncatis.

Habitat in Canada. Kalm. ☉

Radix fibrosa, parva. Caulis pedalis, ramis superne alternis, subdivisus in paniculam floriferam. Stipulæ solitariae, vaginales, superne latiores, integræ, truncatæ nec fissæ. Folia linearia, glabra. Paniculam terminant Spicæ filiformes, angustissimæ, imbricatæ bracteis vaginalibus, turbinatis, truncatis: ex sinu singulo oritur pedunculus solitarius, capillaris, basi articulatus, coloratus, uniflorus. Corolla incarnata, quinquepartita, fundo laxiore quam in P. aviculari; staminibus octo, Pistillo stylis 3.

18. **POLYGONUM** floribus octandris trigynis racemo- *divaricatum.*
 sis, foliis lanceolatis, caule divaricato patulo.

Helxine foliis lanceolatis, caule diffuso. Hort. ups. 96.

Fagopyrum orientale ramosum & multiflorum, persicariæ folio. Turnesf. cor. 39. Buxb. cent. 2. p. 31.

t. 31,

Persicaria alpina altera saxatilis, foliis durioribus acutis.

Bocc. mus. 2. p. 108. t. 83.

Habitat in Sibiria, Corsica. ♀

* *Helxine foliis subcordatis*

19. **POLYGONUM** floribus octandris trigynis, pedun- *chinense.*
 culis scabris, foliis ovatis.

Habitat in India, China.

Caulis flexuosus. Folia ovato-cordata, s. lato-ovata, glabra utrinque. Pedunculi hispidi, apice sæpius trifidi. Flores capitati. Stipulæ vaginales, latæ, integerrimæ nec ciliatæ, ovatæ. Flores in capitula subrotunda, pauci, terminales.

20. **POLYGONUM** foliis sagittatis, caule acule- *sagittatum.*
 ato.

Helxine caule aculeato, foliis sagittatis. Gron. virg. 44.

Cold. noveb. 92.

Helxine caule erecto aculeis reflexis exasperato. Hort.

*cliff. 151. t. 12. * Roy. lugdb. 211*

Fago-

Fagotritico similis, angustiori folio, convolvuli modo scandens, caule spinulis deflexis densius obsito. *Pluk. mant.* 74. t. 394. f. 5.

Planta posterior e novo belgio. *Laët. amer.* 73. t. 74.
Habitat in Virginia, Marilandiae madidis.

arifolium.

21. POLYGONUM foliis hastatis, caule aculeato.

Fagotritico similis spinosa scandens, ari folio latiore, floridana. *Pluk. amalth.* 87. t. 398. f. 3.

Planta prior e novo belgio. *Laët. amer.* 73.
Habitat in Virginia, Florida.

Tataricum.

22. POLYGONUM foliis cordato-sagittatis, caule inermi erecto, seminibus subdentatis.

Helxine caule erectiusculo inermi, foliis cordato-sagittatis, seminibus subdentatis. *Hort. upf.* 96.

Helxine caule erecto inermi, foliis cordato-sagittatis, seminum angulis dentatis. *Hort. cliff.* 151.

Fagotriticum sibiricum. *Act. stockb.* 1744. p. 117. t. 4.

Habitat in Tataria. ☉

Fagopyrum.

23. POLYGONUM foliis cordato-sagittatis, caule erectiusculo inermi, seminum angulis æqualibus.

Polygonum caule erectiusculo inermi ramoso, foliis cordato-sagittatis, seminibus lævibus, *Mat. med.* 188.

Helxine caule erectiusculo inermi, foliis cordato-sagittatis, seminibus integerrimis. *Hort. upf.* 96.

Helxine caule erectiusculo inermi, foliis cordato-sagittatis. *Hort. cliff.* 151. *Fl. suec.* 217. *Roy. lugdb.* 217.

Erysimum cereale, folio hederaceo, *Baub. pin.* 27.

Ocymum cereale. *Tabern. hist.* 276.

Habitat in Asia. ☉

Convolvulus.

24. POLYGONUM foliis cordatis, caule volubili, floribus planiusculis.

Helxine caule volubili. *Fl. lapp.* 154. *Fl. suec.* 323.

Hort. cliff. 150. *Gron. virg.* 157. *Roy. lugdb.* 217.

Convolvulus minor, semine triangulo. *Baub. pin.* 294.

Convolvulum nigrum. *Dod. pempt.* 396.

Habitat in Europæ agris. ☉

Scandens.

25. POLYGONUM foliis cordatis, caule volubili, floribus carinatis.

Fagopyrum scandens americanum maximum. *Tournef. inst.* 511.

Fagopyrum scandens, caule rubente, semine nigro. *Gron. virg.* 44. *Cold. noveb.* 93. *Fago.*

Fagotriticum volubile majus virginianum. *Pluk. alm.*
143. t. 177. f. 7.

Fagopyrum scandens f. Volubilis nigra major, flore &
fructu membranaceis compressis. *Sloan. jam.* 46. *hist.*
1. p. 138. t. 90. f. 1.

β. Fagopyrum prælongum dumetorum, seminibus alatis
duplici more dispositis. *Dill. app.* 60.

Fagopyrum sylvaticum scandens, flore foliaceo. *Pont.*
anth. 265.

Habitat in America. ☉

Flores plantæ β. non vidi, at structura hujus est.

* Caule arboreo.

26. POLYGONUM foliis subrotundis, caule arboreo, *Uvifera.*
fructibus baccatis.

Uvifera foliis subrotundis amplissimis. *Hort. cliff.* 487.

Uvifera littorea, foliis amplioribus fere orbiculatis cras-
sis, americana. *Pluk. alm.* 394. t. 236. f. 7.

Prunus maritima racemosa, folio rotundo glabro, fru-
ctu minore purpureo. *Sloan. jam.* 183. *hist.* 2. p. 129.
t. 220. f. 3. *Raj. dendr.* 40. *Catesb. car.* 2. p. 96. t.
96.

Habitat in Caribearum littoribus maritimis. ♀

Ex habitu huc retuli (flores non vidi), vel enim hujus
generis vel proximi erit.

PAULLINIA.

1. PAULLINIA foliis ternatis, caule aculeato, cirrhis *asiatica.*
nullis. *Fl. zeyl.* 143. *

Chamælæa trifolia aculeata. *Burm. zeyl.* 58. t. 24.

Frutex baccifer indicus spinosus trifolius, floribus spica-
tis. *Pluk. alm.* 202. t. 95. f. 5.

Kaka-toddali. *Rheed. mal.* 5. p. 81. t. 41.

Habitat in India. ♀

2. PAULLINIA foliis ternatis, petiolis teretiufculis, fo- *Seriana,*
liolis ovato-oblongis.

Paullinia foliis ternatis, foliolis crenatis, pedunculis
cirrhiteris. *Hort. cliff.* 152.

Seriana scandens triphylla & racemosa. *Plum. gen.* 34.

Habitat in America calidiore. ♀

3. PAULLINIA foliis ternatis, foliolis cuneiformibus *Cuvier.*
obtusis subdentatis.

Paullinia foliis ternatis, foliolis obtusis vix denticulatis
glabris desinentibus in petiolum proprium. *Hort. cliff.*

151. *

Cu-

- Cururu scandens triphylla. *Plum. gen.* 34.
Habitat in America calidiore. †
- mexicana.* 4. PAULLINIA foliis biternatis, petiolis marginatis, foliolis ovatis integris.
 Paullinia foliis ternato-decompositis, caule aculeato. *Hort. cliff.* 152.
 Seriana scandens enneaphylla & racemosa. *Plum. gen.* 34.
 Quauhmeatl. *Hern. mex.* 289.
Habitat in America calidiore. †
- curassavica.* 5. PAULLINIA foliis biternatis, foliolis ovatis subinnatis.
 Paullinia foliis decompositis ternatis, caule inerme. *Hort. cliff.* 152. *
 Cururu scandens enneaphylla, fructu racemoso rubro. *Plum. gen.* 34.
 Cordis indi folio & facie frutescens curassavica latifolia. *Pluk. alm.* 120. t. 168. f. 6.
Habitat in Curassao. †
- polyphylla.* 6. PAULLINIA foliis bipinnatis.
 Paullinia foliis supradecompositis. *Hort. cliff.* 153. *
 Seriana frutescens polyphylla & racemosa. *Plum. gen.* 34.
 Cordis indi folio & facie frutescens, portoricensis. *Pluk. alm.* 120. t. 168. f. 5.
Habitat in America calidiore. †
Cirrhus axillaris; Flores paniculati.
- pinnata.* 7. PAULLINIA foliis pinnatis: foliolis incis, petiolis marginatis. *Hort. cliff.* 52. * *Roy. lugdb.* 464.
 Cururu scandens pentaphylla. *Plum. gen.* 34.
 Clematis pentaphylla, pediculis alatis, fructu racemoso tricocco & coccineo. *Plum. amer.* 76. t. 91.
 Pisum cordatum non vesicarium. *Sloan. jam.* III.
 Cururu-ape. *Marcgr. bras.* 22. *Pis. bras.* 114. *Raj. hist.* 1347.
Habitat in Brasilia, Jamaica, Domingo. †

CARDIOSPERMUM.

- Halicacabum* 1. CARDIOSPERMUM. *Hort. cliff.* 150. *Hort. ups.* 97. *Fl. zeyl.* 142. *Roy. lugdb.* 464.
 Pilum vesicarium, fructu nigro: alba macula notato.
Baub. pin. 743.

- Halicacabus peregrinus. *Dod. pempt.* 455.
 β. Corindum ampliore folio, fructu maximo. *Tournef. inst.*
 431.
 γ. Corindum fructu & folio minori. *Tournef. inst.* 431.
Habitat in Indiis. ☉

SAPINDUS.

1. SAPINDUS foliis pinnatis. *Saponaria.*
Sapindus. Hort. cliff. 152. *Mat. med.* 532. *Roy. lugdb.* 464.
Nux americana, foliis alatis bifidis. Comm. hort. 1. p.
 183. t. 94.
Nuciprunifera arbor americana, fructu saponario orbicu-
lato monococco nigro. Pluk. alm. 255. t. 217. f. 7.
Habitat in Brasilia, Jamaica. ♀
 2. SAPINDUS foliis ternatis. *trifoliata.*
Poerinii f. Vercepcelongi. Rheed. mal. 4. p. 43. t.
Habitat in Malabaria. ♀

TETRAGYNIA.

PARIS.

1. PARIS. *quadrifolia.*
Paris foliis quaternis. Fl. lapp. 155. *Fl. suec.* 325. *Hort.*
cliff. 153. *Roy. lugdb.* 461. *Hall. belv.* 412.
Solanum quadrifolium bacciferum. Bauh. pin. 167.
Aconitum salutiferum. Tabern. hist. 720.
Habitat in Europæ nemoribus. ♀

ADOXA.

1. ADOXA. *Hort. cliff.* 152. *Fl. suec.* 326. *Roy. lugdb.* *Moschatelli-*
 252. *na.*
Moschatella. Cord. hist. 172.
Ranunculus nemorosus Moschatellina dictus. Bauh.
pin. 178.
Fumaria bulbosa f. tuberosa minima. Tabern. ic. 39.
Habitat in Europæ nemoribus. ♀
Huc relata secundum florem terminalem ex principiis
Phil. bot. 178.

ELATINE.

1. ELATINE foliis oppositis. *Fl. lapp.* 156. *Fl. suec.* *Hydropiper.*
 327. *Gron. virg.* 158. *Roy. lugdb.* 452.
Hydropiper. Buxb. cent. 3. p. 35. t. 37. f. 3.

Alfinastrum serpillifolium, flore albo tetrapetalo. *Vaill. paris. 5. t. 2. f. 2.*

β. *Alfinastrum serpillifolium*, flore roseo tripetalo. *Vaill. paris. 5. t. 2. f. 1.*

Habitat in Europæ inundatis. ☉

Alfinastrum. 2. ELATINE foliis verticillatis. *Roy. lugdb. 452. Sauv. monsp. 164. Boem. lips. 127.*

Elatine foliis emerfis linearibus, immerfis capillaceis. *Sauv. act. monsp. 1743. p. 50.*

Equisetum palustre, linariæ scopariæ folio. *Baub. pin. 15.*

Alfinastrum gallii folio. *Vaill. paris. 6. t. 1. f. 6.*

β. *Alfinastrum gratiolæ folio.* *Tournef. inst. 244. Raj-suppl. 502.*

Habitat Aboæ, Lipsiæ, Parisiis, Monspeli in fossis.

Classis IX.

ENNEANDRIA

MONOGYNIA.

LAURUS.

1. LAURUS foliis trinerviis ovato-oblongis nervos u- *Cinnamo-*
nientibus. *Fl. zeyl.* 145. *Mat. med.* 190. *mum.*
Laurus foliis oblongo-ovatis nitidis planis. *Hort. cliff.*
154.
Cinnamomum, foliis latis ovatis, frugiferum. *Burm.*
zeyl. 62. t. 27.
Cinnamomum f. Canella Zeylanica. *Bauh. pin.* 408.
Cassia cinnamomea, *Herm. lugdb.* 129. t. 655.
Habitat in Zeylona. ♪
2. LAURUS foliis trinerviis lanceolatis nervis supra ba- *Cassia.*
sin unitis. *Fl. zeyl.* 146. *Mat. med.* 191.
Cinnamomum perpetuo florens, folio tenuiore acuto.
Burm. zeyl. 63. t. 28.
Cinnamomum f. Canella malabarica f. javanensis. *Bauh.*
pin. 409.
Carua. *Rheed. mal.* 1. p. 107. t. 59.
Habitat in Malabaria, Sumatra, Java. ♪
3. LAURUS foliis trinerviis lanceolato-ovatis: nervis *Camphora.*
supra basin unitis. *Mat. med.* 192.
Laurus foliis ovatis utrinque acuminatis trinerviis niti-
dis, petiolis laxis. *Hort. cliff.* 154.
Laurus Camphorifera. *Kempf. jap.*
Camphora officinarum. *Bauh. pin.* 500.
Arbor camphorifera japonica. *Breyn. prodr.* 2. p. 16. ic.
16. t. 2.
Habitat in Japonia. ♪
4. LAURUS foliis lanceolatis venosis perennantibus, flo- *nobilis,*
ribus quadrifidis dioicis. *Hort. cliff.* 155. *Hort. ups.*
98. *Mat. med.* 194. *Roy. lugdb.* 98.
Laurus vulgaris. *Bauh. pin.* 460.
Laurus. *Cam. epit.* 60.
Habitat in Italia, Græcia. ♪

indica.

5. LAURUS foliis lanceolatis perennantibus venosis planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, floribus racemosis. *Hort. cliff.* 154. *Gron. virg.* 159.

Laurus indica. *Pluk. alm.* 210. t. 301. f. 1.

Laurus latifolia indica. *Barr. rar.* 123. t. 877.

Cinnamomum sylvestre americanum. *Seb. thes.* 2. p. 90. t. 84. f. 6.

Habitat in Virginia. †

Persea.

6. LAURUS foliis ovatis coriaceis transverse venosis perennantibus, floribus corymbosis.

Persea. Clus. hist. 1. p. 2.

Persea americana. Baub. pin. 441.

Pyro similis fructus in nova hispania, nucleo magno. *Baub. pin.* 439.

Prunifera arbor fructu maximo pyriformi viridi, pericarpio esculento butyraceo nucleum unicum maximum nullo officulo tectum cingente. *Sloan. jam.* 132. *hist.* 2. p. 132. t. 222. f. 2. *Raj. dendr.* 48.

Arbor americana, amplissimis pergamenis foliis, superficie nitidissima, fructu pyriformi crustaceo cortice coriato. *Pluk. alm.* 39. t. 267. f. 1.

Habitat in America calida. †

Borbonia.

7. LAURUS foliis lanceolatis transverse venosis, calycibus fructus baccatis. *Hort cliff.* 154. *Gron. virg.* 46. *Roy. lugdb.* 226.

Laurus caroliniensis, foliis acuminatis, baccis cæruleis, pedicellis longis rubris infidentibus. *Catesb. car.* 1. p. 63. t. 63.

Habitat in Carolina, Virginia. †

estivalis.

8. LAURUS foliis venosis oblongis acuminatis annuis, ramis supra-axillaribus.

Laurus foliis lanceolatis enervibus annuis. *Gron. virg.* 159.

Laurus foliis enervibus ovatis utrinque acutis. *Gron. virg.* 46.

Habitat in Virginia ad ripas rivulorum. †

Pedunculi hujus fructiferi colorati sunt.

Benzoin.

9. LAURUS foliis enerviis ovatis utrinque acutis integris annuis. *Hort. cliff.* 154. *Mat. med.* 195. *Gron. virg.* 46. *Roy. lugdb.* 226.

Arbor virginiana, citræ vel limonii folio, Benzoinum fundens. *Comm. hort.* 1. p. 189. t. 97.

Ar-

Arbor virginiana, pishaminis folio, baccata Benzoinum redolens. *Pluk. alm.* 42. t. 139. f. 3. 4.
Habitat in Virginia. ♪

10. LAURUS foliis integris trilobisque. *Hort. cliff.* 154. *Sassafras.*
Mat. med. 193. *Gron. virg.* 46. *Roy. lugdb.* 227.
Cold. noveb. 94.

Cornus mas odorata, folio trifido: margine plano, Sassafras dicta. *Pluk. alm.* 120. t. 222. f. 6. *Catesb. car.* t. p. 55. t. 55.

Sassafras arbor, ex florida, ficulneo folio. *Bauh. pin.* 431.

β. Cornus mas f. Sassafras laurinis foliis indivisis. *Pluk. amalth.* 66.

Habitat in Virginia, Carolina, Florida. ♪

11. LAURUS foliis enerviis obovatis obtusis. *Mat. med. Winterana,* 196.

Winteranus. *Hort. cliff.* 488.

Cinnamomum f. Canella peruana. *Bauh. pin.* 409.

Cassia lignea jamaicensis, laureolæ foliis subcinereis, cortice piperis modo acri. *Pluk. alm.* 89. t. 160. f. 1.

Cassia cinnamomea f. Cinnamomum sylvestre barbadensium. *Pluk. alm.* 89. t. 160. f. 7.

Arbor baccifera laurifolia aromatica, fructu viridi calyculato racemoso. *Sloan. jam.* 165. *hist.* 1. p. 87. t. 191. f. 2. *Catesb. car.* 2. p. 50. t. 50.

Habitat in Jamaica, Barbados, Carolina. ♪

Flores ipse non vidi.

TRIGYNIA.

SPONDIAS.

1. SPONDIAS. *Hort. cliff.* 484.

Mombin arbor, folio fraxini, fructu luteo racemoso.

Plum. gen. 44.

Prunus brasiliensis, fructu racemoso, ligno intus pro ossiculo. *Sloan. jam.* 182. *hist.* 2. p. 126.

Prunus americana. *Mer. sar.* 13. t. 13.

Acaja & Ibametara. *Marcgr. bras.* 129.

Habitat in Brasilia, Jamaica. ♪

RHEUM.

1. RHEUM foliis glabris, petiolis subfulcatis.

Rheum foliis glabris. *Hort. ups.* 98. *Mat. med.* 198.

Rheum. *Hort. cliff.* 155.

Rhaponticum.

A a a

Rapon-

Rhaponticum. *Alp. rapont.* 1. t. 1.

Rhaponticum folio lapathi majoris glabro. *Baub. pin.* 116.

Habitat in Thracia, Scythia. 2

Rhabarbarum,

2. RHEUM foliis subvillosis, petiolis æqualibus. *Diff. Rhabarb.* 1. t. 1. *

Rheum foliis subvillosis, *Hort. ups.* 98. *Mat. med.* 197.

Rhabarbarum sinense, folio crispo, flagellis rarioribus & minoribus. *Amm. herb.* 206.

Rhabarbarum folio longiori hirsuto crispo, florum thyrso longiori & tenuiori. *Amm. ruth.* 9.

Acetosa montana, folio cubitali oblongiore crispo, floribus in subviridi luteolis. *Messerschmidii. Amm. ruth.* 226.

Habitat in China ad marem & in Sibiria. 2

Ribes,

3. RHEUM foliis granulatis, petiolis æqualibus.

Lapathum orientale, aspero & verrucoso folio, Ribes arabibus dictum: *Dill. elth.* 191. t. 158. f. 192.

Lapathum orientale tomentosum rotundifolium, Ribes arabum dictum. *Breyn. E. N. C. cent.* 7. p. 7.

Lapathum orientale asperum, folio subrotundo, fructu magno purpureo. *Pocock orient.* 189. t. 84.

Ribes arabum. *Rauw. It.* 266. 282.

Ribes arabum, foliis petasitidis. *Baub. pin.* 455.

Habitat in Persia, Libano, Carmelo. 2

Flores hujus speciei non vidi. Facies suadet hujus generis esse.

HEXAGYNIA

BUTOMUS

umbellatus. 1. BUTOMUS. *Fl. lapp.* 159. *Fl. suec.* 328. *Roy. lugdb.* 45. *Hall. belv.* 298.

Juncus floridus major. *Baub. pin.* 112.

Sedo affinis Juncoides umbellata palustris. *Morif. hist.* 3. p. 468. f. 12. t. 5. f. 1.

Gladiolus aquatilis. *Dod. pempt.* 600.

Habitat in Europæ aquosis. 2

Classis X.

DECANDRIA

MONOGYNIA.

SOPHORA.

1. SOPHORA foliis pinnatis: foliolis numerosis villosis ^{alopecuroides.}
oblongis.
Sophora. *Hort. cliff.* 156.
Ervum orientale alopecuroides perenne, fructu longis-
simo. *Tournef. cor.* 27. *Dill. elth.* 136.
Glycyrrhiza filiquis nodosis quasi articulatis. *Buxb.*
cent. 3. *p.* 25. *t.* 46.
Habitat in Oriente. ♀
2. SOPHORA foliis pinnatis: foliolis numerosis subro-^{tomentosa}
tundis.
Sophora tomentosa, foliolis subrotundis *Fl. zeyl.* 163.*
Indigophora foliis tomentosis. *Hort. cliff.* 487.
Colutea zeylanica argentea tota. *Herm. lugdb.* 169. *t.*
171. *Raj. hist.* 1720.
Habitat in Zeylona. ♀
3. SOPHORA foliis pinnatis, foliolis septenis glabris. ^{heptaphylla.}
Sophora glabra, foliolis septenis. *Fl. zeyl.* 164.
Fruticulus sinensis, fennæ sylvestris folio angustiore,
nodosa filiqua rostro longiore donata *Pluk. amalb.*
18. *t.* 451. *f.* 10.?
Habitat in India. ♀
4. SOPHORA foliis ternatis sessilibus: foliolis lineari-^{Genistoides.}
bus.
Genistra africana, foliis galii. *Old. afr.* 31.
Habitat ad Cap. b. Spei.
5. SOPHORA foliis ternatis subsessilibus: foliolis subro-^{tinctoria.}
tundis glabris.
Cytisus foliis fere sessilibus, calycibus bractea triplici
auctis. *Gron. virg.* 82.
Cytisus procumbens americanus, flore luteo, ramosissi-
mus, qui Anil suppeditat. *Pluk. alm.* 129. *t.* 86. *f.*
2. *Ebret. t.* 1. *f.* 3.
Habitat in Barbados, Virginia.

- lupinoides.* 6. SOPHORA foliis ternatis petiolatis: foliolis ovalibus pilosis.
Sophora foliis ternatis, spica verticillata. *Amen. acad.* 2. p. 350. *
Habitat in Camtschatca. *G. Demidoff.*

ANAGYRIS.

- fœtida.* 1. ANAGYRIS. *Clus. hist.* 1. p. 93.
Anagyris floribus lateralibus. *Roy. lugdb.* 371.
Anagyris fœtida. *Bauh. pin.* 391.
Habitat in Italiæ, Siciliæ, Hispaniæ montibus. †

CERCIS.

- Siliquastrum* 1. CERCIS foliis cordato-orbiculatis glabris. *Hort. cliff.* 156. *Hort. ups.* 99. *Roy. lugdb.* 463.
Siliqua sylvestris rotundifolia. *Bauh. pin.* 402.
Arbor judæ. *Dod. pempt.* 786.
Habitat in Italia, Hispania, Narbona. †
- canadensis.* 2. CERCIS foliis cordatis pubescentibus. *Hort. cliff.* 156. *Hort. ups.* 99. *Roy. lugdb.* 463. *Gron. virg.* 47.
Ceratia agrestis virginiana, folio rotundo minori. *Raj. dendr.* 100.
Habitat in Virginia. †

BAUHINIA.

- scandens.* 1. BAUHINIA caule cirrhifero.
Clematis indica, folio bifido, flore fructuque carens arbores transcendens. *Raj. suppl.* 328.
Naga-mu-valli. *Rheed. mal.* 8. p. 57. t. 29.
Habitat in Malabarâ. †
- aculeata.* 2. BAUHINIA caule aculeato. *Hort. cliff.* 156. t. 14.
Roy. lugdb. 463.
Plumeria aculeata, folio rotundo & emarginato. *Plum. gen.* 23.
Habitat in America calidiore. †
- divaricata.* 3. BAUHINIA foliis ovatis: lobis divaricatis.
Bauhinia foliis quinquenerviis: laciniis acuminatis remotissimis. *Hort. cliff.* 156. t. 15. *Roy. lugdb.* 464.
Habitat in America. †
- angulata.* 4. BAUHINIA foliis ovatis: lobis parallelis.
Bauhinia foliis ovatis oblongis recta linea bifidis. *Hort. cliff.* 157.
Habitat in America. †

5. BAU-

5. BAUHINIA foliis cordatis: lobis coadunatis obtusis. *variegata.*
 Arbor f. Thomæ f. Assitra. *Zanon. hist.* 26. t. 15.
 Chovanna-mandaru. *Rheed. mal.* 1. p. 57. t. 32. *Raj.*
hist. 1751.
Habitat in Malabariæ, Maderæ arenosis. †
Corollæ patentēs: Petalis ovatis, acutis, roseis, luteo pur-
pureoque variegatis.
6. BAUHINIA foliis subcordatis bipartitis rotundatis sub-*purpurea.*
 tus tomentosus.
 Chovanna-mandaru. *Rheed. mal.* 1. p. 59. t. 33.
Habitat in Indiæ arenosis. †
Flores patentēs, purpurascētes: Petalis lanceolatis, di-
stantibus.
7. BAUHINIA foliis cordatis: lobis femiorbiculatis to-*tomentosa.*
 mentosus.
 Bauhinia foliis cordato-subrotundis: laciniis rotundatis.
Hort. cliff. 157. *Hort. ups.* 99. *Fl. zeyl.* 147. *Roy.*
lugdb. 464.
 Bauhinia foliis subrotundis, flore flavescēte striato.
Burm. zeyl. 44. t. 18.
 Mandaru maderaspātense, foliis firmioribus bisulcis gla-
 brie splendentibus. *Pluk. alm.* 240. t. 44. f. 6.
 Chanschena-pou. *Rheed. mal.* 1. p. 63. t. 35.
Habitat in India. †
Corollæ campanulatæ, albo flavescētes: Petalis obovatis.
8. BAUHINIA foliis ovatis: lobis acuminatis semiovatis. *acuminata.*
 Bauhinia inermis, foliis cordatis semibifidis: laciniis a-
 cuminato-ovatis erectis dehiscentibus. *Hort. cliff.* 157.
Fl. zeyl. 148.
 Sennæ spurix aut Asphalto affinis arbor siliquosa, foliis
 bifidis. *Sloan. jam.* 150. *hist.* 1. p. 51.
 Velutta-mandaru. *Rheed. mal.* 1. p. 61. t. 34. *Raj.*
hist. 1751.
Habitat in Indiis. †
Corollæ campanulatæ, albæ: Petalis obtusis.

PARKINSONIA.

1. PARKINSONIA. *Hort. cliff.* 157. t. 13. *Hort. ups.* *aculeata.*
 99. *Roy. lugdb.* 465.
 Parkinsonia aculeata, foliis minutis uni costæ adnexis.
Plum. gen. 25.
 Parkinsonia aculeata, foliis mimosæ uni costæ affixis.
Walth. hort. 6. t. 13.
Habitat in America calidiore. †

CASSIA.

* *Sennæ.**diphylla.*

1. CASSIA foliis conjugatis, stipulis cordato-lanceolatis. *Habitat in India.* ☉

Frutex Caule tereti. Folia conjugata s. duo in petiolo brevi, semiorbiculata, obtusa, striata. Stipulæ cordato-lanceolatae, totos ramos obtegentes.

Absus.

2. CASSIA foliolis bijugatis ovatis. *Fl. zeyl.* 153. *
Senna quadrifolia, filiqua plana hirsuta, flore aureo sanguineo. *Burm. zeyl.* 212. t. 97.

Senna exigua maderaspatana tetraphylla filiquifera glabra, florum pediculis ad exortum foliorum propendentibus.

Pluk. alm. 341. t. 60. f. 1.

Loto affinis ægyptiaca. *Bauh. pin.* 332.

Habitat in India, Ægypto. ☉

Tagera.

3. CASSIA foliolis bijugatis, stipulis ciliatis.
Cassia 6, Senna spuria tetraphylla arborescens, filiquis tenuibus longissimis pendulis. *Amm. herb.* 603. n. 33?
Tagera. Rheed. mal. 2. p. 103. t. 52? *Raj. hist.* 1743?
Habitat in India.

Fruticulus procumbens: Ramis filiformibus. Petioli brevissimi; Folia quatuor, semiorbiculata, venosa, quorum duo exteriora majora. Stipulæ cordatae s. cordato-lanceolatae, margine pilosae.

Tora.

4. CASSIA foliolis trijugatis ovatis: exterioribus majoribus; glandula subulata inter inferiora. *Roy. lugdb.* 468. *Fl. zeyl.* 152. *Hort. ups.* 100.

Cassia humilis, filiquis foenu græci. *Plum. spec.* 18.

Cassia filiqua quadrangulari. *Dill. elth.* 72. t. 63. f. 73.

Habitat in India. ☉

Caules & Petioli scabri. Stipulæ lineares, acuminatae, pilosae. Glandulæ acuminatae, apice fuscae, inter singula paria 2 inferiora, non vero inter extremum par sita.

bicapsularis.

5. CASSIA foliolis trijugatis obovatis glabris: interioribus rotundioribus minoribus: glandula interjecta globosa. *Hort. cliff.* 159. *Hort. ups.* 100. *Roy. lugdb.* 468.

Cassia hexaphylla, filiqua bicapsulari. *Plum. spec.* 18.

Habitat in India. ☉

Arborescens est, & glaberrima. Foliola interiora breviora.

emarginata.

6. CASSIA foliolis trijugatis ovatis rotundatis emarginatis æqualibus. *Hort. cliff.* 159. *Roy. lugdb.* 467.

Cas-

Cassia minor hexaphylla fruticosa, sennæ foliis. *Sloan. jam. 146. hist. 2. p. 44. t. 180. f. 1. 2. 3. 4. Raj. dendr. 110.*

Habitat in Caribæis. †

7. CASSIA foliolis trijugatis ovatis obtusiusculis. *obtusifolia.*

Cassia foetida, foliis sennæ italicæ. *Dill. elth. 71. t. 62. f. 72.*

Cassia minor herbacea plerumque hexaphylla, folio obtuso. *Sloan. jam. 148. hist. 2. p. 47. t. 180. f. 5.?*

Habitat in Cuba. ☉

8. CASSIA foliolis trijugatis quadrijugatisque subovatis. *Senna.*

Hort. cliff. 159. Mat. med. 200. Roy. lugdb. 468.

Senna Alexandrina f. foliis acutis. Baub. pin. 397.

Moris. hist. 2. p. 201. f. 2. t. 24. f. 1.

β. *Senna italica f. foliis obtusis. Baub. pin. 397. Moris.*

hist. 2. p. 200. f. 2. t. 24. f. 2.

Senna. Dod. pempt. 361.

Habitat in Ægypto. ☉

9. CASSIA foliolis quadrijugatis ovato-lanceolatis retro-falcatis: glandula baseos petiolorum. *falcata.*

*Hort. cliff. 159.**

Habitat in America. ☉

10. CASSIA foliolis quinquejugatis ovato-lanceolatis *occidentalis.*

margine scabris: exterioribus majoribus; glandula baseos petiolorum.

Cassia foliolis quatuor parium ovato-lanceolatis, glandula baseos petiolorum. *Hort. cliff. 159. Roy. lugdb. 467.*

Senna occidentalis, odore opii viroso, orobi panonici foliis mucronatis, glabra. Comm. hort. 1. p. 51. t. 26.

Habitat in Jamaica.

Caulis sesquipedalis, punctis vagis scaber, exaratus deorsum a singulo petiolo sulcis duobus. Folia superiora foliolis quinqueparium, ovato-lanceolatis, glabris margine scabris, acuminatis, exterioribus sensim majoribus, foetidis. Racemus terminalis. Flores lutei absque macula.

11. CASSIA foliolis quinquejugatis ovato-lanceolatis glabris, glandula baseos petiolorum. *planisiliqua.*

Roy. lugdb. 468.

Cassia siliquis planis. Plum. spec. 18.

Habitat in America calidiore.

12. CASSIA foliolis quinquejugatis ovatis acuminatis *fistula.*

glabris, petiolis eglandulosis. *Fl. zeyl. 149. Mat. med.*

199.

A a 5

Cas-

Cassia foliolis quinque parium lanceolatis: extimis minoribus. *Hort. cliff.* 158.

Cassia fistula alexandrina. *Baub. pin.* 405. *Comm. hort.* I. p. 215. t. 110.

Conna. *Rheed. mal.* I. p. 37. t. 21.

Habitat in India, Ægypto.

hirsuta.

13. CASSIA foliolis sexjugatis ovatis acuminatis lanatis. *Hort. cliff.* 159. *Roy. lugdb.* 467.

Cassia americana foetida, foliis amplioribus villosis. *Tournef. inst.* 619.

Senna occidentalis, odore opii viroso, foliis orobi panonici mucronatis hirsutis. *Herm. lugdb.* 556.

Habitat in America.

ligustrina.

14. CASSIA foliolis septemjugatis lanceolatis: extimis minoribus, glandula baseos petiolorum. *Hort. cliff.* 199. *Hort. upf.* 100. *Gron. virg.* 47. *Roy. lugdb.* 467.

Cassia ligustri folio. *Plum. spec.* 10. *Dill. elth.* 350. t. 269. f. 338.

Cassia bahamensis, pinnis foliorum mucronatis angustis, calyce floris non reflexo. *Mart. cent.* 21. t. 21.

Habitat in Virginia, Bahama. ♀

alata.

15. CASSIA foliolis octojugatis ovali-oblongis: interioribus minoribus, petiolis eglandulosis, stipulis patulis. *Hort. cliff.* 158. *Hort. upf.* 100. *Roy. lugdb.* 467.

Cassia sylvestris foetida, filiquis alatis. *Plum. spec.* 18.

Faba dulcis. *Mer. surin.* 58. t. 58.

Habitat in America calidiore. ♂

marilandica.

16. CASSIA foliolis octojugatis ovato-oblongis æqualibus, glandula baseos petiolorum. *Hort. cliff.* 159. *Hort. upf.* 100. *Roy. lugdb.* 467.

Cassia mimosæ foliis, filiqua hirsuta. *Dill. elth.* 351. t. 260. f. 339.

Cassia marilandica, pinnis foliorum oblongis, calyce floris reflexo. *Mart. cent.* 23. t. 23.

Habitat in Virginia, Marilandia. ♀

biflora.

17. CASSIA foliolis octojugatis ovalibus emarginatis, glandula mucronata inter intima. *Hort. cliff.* 159. *

Habitat in Indiis. ♂

tenuissima.

18. CASSIA foliolis novemjugatis oblongis, glandula subulata inter infima. *Roy. lugdb.* 478.

Sen-

- Senna spuria frutescens, filiquis tenuissimis. *Houst. mss.*
Habitat in Havana. †
19. CASSIA foliolis decemjugatis lanceolatis, glandula *Sophera*,
 baseos oblonga. *Fl. zeyl.* 150. *
 Senna vigintifolia, filiquis teretibus. *Burm. zeyl.* 213.
 †. 98.
 Ponnam-Tongera. *Rheed. mal.* 2. p. 101. †. 52.
Habitat in India.
20. CASSIA foliolis duodecim-jugatis obtusis acumine, *auriculata*.
 glandulis subulatis pluribus, stipulis reniformibus bar-
 batis. *Fl. zeyl.* 151. *
 Senna spuria maderaspatana, caule ad foliorum alas ge-
 minatis subrotundis appendiculis auriculato. *Pluk. alm.*
 341. †. 314. f. 4. *Raj. dendr.* 110.
Habitat in India.
21. CASSIA foliolis duodecim jugatis oblongis obtusis *javanica*;
 glabris, glandula nulla.
 Cassia fistula javanica, flore carneo. *Comm. bart.* 1. p.
 217. †. 111.
Habitat in India.
Flores mihi non protulit.
- * *Chamæcristæ foliolis numerosis.*
22. CASSIA foliolis multijugatis, glandula petioli pedi- *Chamæcrista*
 cellata, stipulis ensiformibus. *Hort. ups.* 101.
 Cassia foliolis plurimum parium linearibus, stipulis su-
 bulatis. *Hort. cliff.* 158. *Gron. virg.* 47.
 Chamæcrista pavonis major. *Comm. hort.* 1. p. 53. †.
 37.
 ChamæChrista pavonis americana, siliqua multiplici.
Breyn. cent. 64. †. 24.
Habitat in Jamaica, Barbados, Virginia. ☉
 Foliola 20; *Peduncellus spatium supra petiolum egrediens.*
23. CASSIA foliolis multijugatis linearibus: glandula ba- *mimosoides.*
 seos petiolorum obsoleta, stipulis fetaceis. *Fl. zeyl.*
 154. *
Habitat in Zeylona.
 Petioli absque glandula. Caulis non flexuosus. Stipulæ
 lanceolatae, seta terminatae.
24. CASSIA foliolis multijugatis, stipulis dimidiato-cor- *flexuosa.*
 datis.
 Senna spuria occidentalis, siliqua singulari, foliis herbæ
 mi-

mimosæ. *Herm. lugdb.* 558. *Sloan. jam.* 150. *Raj. suppl.* 18.

Chamæcrista pavonis brasiliana, filiqua singulari. *Breyn. cent.* 65. t. 23.

Habitat in Brasilia. ☉

niētians.

25. *CASSIA* foliolis multijugatis, floribus pentandris. *Cassia calycibus acutis*, floribus pentandris. *Hort. cliff.* 497. t. 36. *Hort. ups.* 101.

Senna spuria virginiana, mimosæ foliis, floribus parvis niētiantibus. *Pluk. alm.* 341. t. 314. f. 3.

Habitat in Virginia. ☉

procumbens.

26. *CASSIA* foliis multijugatis, caule procumbente. *Cassia americana procumbens herbacea*, mimosæ foliis, floribus parvis, filiquis angustis planis. *Comm. petrop.* t. 11.

Habitat in Indiis. ☉

POINCIANA.

pulcherrima.

1. *POINCIANA* aculeis geminis. *Hort. ups.* 101. *Poinciana foliis duplicato-pinnatis: foliolis oblongo-ovatis*, caule inermi. *Hort. cliff.* 158. *Fl. zeyl.* 159. *Roy. lugdb.* 159.

Frutex pavoninus, *Crista pavonis.* *Breyn. cent.* 61. t.

Flos pavonis. *Mer. sur.* 45. t. 45.

Tsietti-mandaru. *Rheed. mal.* 6. p. 1. t. 1.

Habitat in Indiis. ☿

CÆSALPINIA.

brasiliensis.

1. *CÆSALPINIA* foliolis obovatis integerrimis. *Mat. med.* 205.

Cæsalpina polyphylla, aculeis horrida. *Plum. gen.* 26.

Pseupo-Santalum croceum. *Sloan. jam.* 213. *hist.* 2. p.

184. t. 132. f. 34. *Raj. dendr.* 132. *Catesb. car.* 2.

p. 51. t. 51.

Habitat in Jamaicae, Carolinae collibus. ☿

Crista.

2. *CÆSALPINIA* foliis ovatis integerrimis.

Cæsalpina aculeis recurvis, foliolis ovatis. *Fl. zeyl.*

157. * *Hort. ups.* 102.

Acacia gloriosa, lentisci folio, spinosa, flore spicato luteo, filiqua magna. *Pluk. alm.* 4. t. 2. f. 2.

Christa pavonis, glycyrrhizæ folio, minor repens spi-

no-

nosissima, flore luteo spicato minimo, filiqua latis-
sima echinata. *Breyn. ic.* 58. t. 28

Habitat in Zeylona. †

3. CÆSALPINIA foliolis emarginatis, filamentis lana- *Sappan.*
tis. *Fl. zeyl.* 158. * *Mat. med.* 203.

Ligno brasiliano simile. *Baub. pin.* 393.

Tiam-pangam. *Rheed. mal.* 6. p. 3. t. 2.

Habitat in Indiis. †

4. CÆSALPINIA foliolis emarginatis, leguminibus ful- *vesicaria.*
catis ovalibus

Cæsalpina. *Amm. herb.* 604.

Senna spuria arborea spinosa, foliis alatis ramosis s. de-
compositis, flore luteo, filiquis brevibus fulcatis ni-
gris, fabinæ odore. *Sloan. jam.* 149. *hist.* 2. p. 150.
t. 181. f. 12. *Raj. dendr.* III.

Colutea veræ crucis vesicaria. *Pluk. alm.* III. p. 165. t. 3.

Habitat in America calidiore. †

GUILANDINA.

1. GUILANDINA aculeata, foliolis ovalibus acumina- *Bonduc.*
tis. *Fl. zeyl.* 156. *Hort. ups.* 101

Guilandina caule fructuque aculeatis. *Hort. cliff.* 158.

Bonduc vulgare minus polyphyllum. *Plum. gen.* 25.

Arbor exotica spinosa, foliis lentifeci. *Baub. pin.* 399.

Caretti. *Rheed. mal.* 6. p. 35. t. 22.

Habitat in Indiis. †

2. GUILANDINA inermis, foliis subbipinnatis: foliolis *Moringa.*
inferioribus ternatis. *Fl. zeyl.* 155. *Mat. med.* 202.

Lignum peregrinum aquam cæruleam reddens. *Bauh.*

pin. 41 †.

Moringha zeylanica, foliorum pinnis pinnatis, flore ma-
jore, fructu anguloso. *Burm. zeyl.* 162. t. 75.

Morungu. *Rheed. mal.* 6. p. 19. t. -

Habitat in Zeylona. †

*Semina ex Asia tribus membranis longitudinaliter alata
suere, ex Africa vero membranibus bis caruere.*

3. GUILANDINA inermis, foliis bipinnatis: basi apice- *dioica.*
que simpliciter pinnatis. *Gen. plant.* 2. p. 518.

Habitat in Canada. †

GUAJACUM.

1. GUAJACUM foliolis bijugatis obtusis.

Gua- *officinale.*

Guajacum foliis pinnatis: foliolis quaternis obtusis. *Hort. cliff.* 187. *Mat. med.* 207.

Guajacum flore cæruleo, fructu subrotundo. *Plum gen.* 39.

Guajacum jamaicense, foliis velut muria conditis spissius virentibus, flore subcæruleo. *Pluk. alm.* 180. t. 35. f. 4.

Guajacum magna matrice. *Bauh. pin.* 448.

Pruno vel Evonymo affinis arbor, folio alato buxæo subrotundo. *Sloan. jam.* 186. *hist.* 2. p. 133. t. 222. f. 3. 4. 5. 6.

Arbor ligni Sancti vel Guajacum. *Seb. thes.* 1. p. 86. t. 53. f. 2.

β. Guajacum jamaicense, lentisci subrotundis foliis late virentibus, flore albo. *Pluk. alm.* 180. c. 35. f. 3. *Habitat in Hispaniola, Jamaica.* ♪

sanctum.

2. GUAJACUM foliolis multijugatis obtusis.

Guajacum foliis pinnatis, foliolis obverse ovatis integerrimis. *Roy. lugdb.* 208.

Guajacum flore cæruleo fimbriato, fructu tetragono. *Plum. gen.* 39.

Guajacum propemodum sine matrice. *Bauh. pin.* 448.

Jasminum vulgo americanum s. Evonymo affinis occidentalis, alatis rusci foliis, nucifera, cortice ad genicula fungoso. *Pluk. alm.* 139. t. 94. f. 4.

Habitat in Americæ insula s. Johannis de Porto Ricco. ♪

afrum.

3. GUAJACUM foliolis multijugatis acutis.

Guilandinoïdes. *Hort. cliff.* 489.

Acacia africana, quæ Acaciæ similis, foliis myrti parvis aculeatis pinnatis, flore coccineo tetrapetaloidæ. *Walth. hort.* 2. t. 2.

Afra arbor acaciæ similis, foliis myrti aculeatis splendentibus. *Bærb. lugdb.* 2. p. 57.

Habitat in Æthiopia. ♪

CYNOMETRA

cauliflora.

1. CYNOMETRA trunco florifero. *Aët. ups.* 1741. p. 79. *Fl. zeyl.* 166.

Cynomorium. *Rumpf. amb.* 1. p. 163. t. 62.

Habitat in India. ♪

ramiflora.

2. CYNOMETRA ramis floriferis. *Aët. ups.* 1741. p. 79. *Fl. zeyl.* 167.

Cynomorium sylvestre. Rumpf. amb. 1. p. 164. t. 63.
Iripa. Rheed. mal. 4. p. 65. t. 31.
Habitat in India. 5

ANACARDIUM.

1. ANACARDIUM. Hort. cliff. 161. Fl. zeyl. 165. occidentale.
 Mat. med. 206. Hort. ups. 102. Roy. lugdb. 463.
 Anacardii alia species. Bauh. pin. 512.
 Pomifera f. potius Prunitera indica, nucē reniformi.
 Catesb. car. 3. p. 9. t. 9.
 Acaiou. Pis bras. 58. mant. 193.
 Caschou. Mer. surin. 16. t. 16.
 Kapa-mava. Rheed. mal. 3. p. 65. t. 54.
Habitat in Indiis. 5

DICTAMNUS.

1. DICTAMNUS. Hort. cliff. 161. Hort. ups. 102. albus.
 Mat. med. 208. Roy. lugdb. 463. Sauv. monsp.
 232.
 Dictamnus albus vulgo Fraxinella. Bauh. pin. 222.
 Fraxinella. Reneal. spec. 122. t. 121.
Habitat in Germania, Gallia, Italia. 4

RUTA.

1. RUTA foliis decompositis. Hort. cliff. 145. Hort. graveolens.
 ups. 102. Mat. med. 209. Roy. lugdb. 461.
 Ruta sylvestris major. Bauh. pin. 336. Moris. hist. 2.
 p. 507. f. 5. t. 14. f. 3.
 β. Ruta chalcensis tenuifolia, florum petalis villis scatentibus.
 Moris. hist. 2. p. 509.
 Ruta hortensis altera. Bauh. pin. 336. Raj. hist. 874.
 γ. Ruta hortensis latifolia. Bauh. pin. 336.
 Ruta graveolens hortensis. Dod. pempt. 119.
 δ. Ruta hortensis latifolia arbusculæ similis. Bærb. lugdb.
 1. p. 260.
 Ruta africana maxima. Schwer. hort. 24.
*Habitat in Europæ australis, Alexandria, Mauritaniæ
 sterilibus.* 5
 Flos primarius quinquefidus, reliqui quadrifidi. Phil.
 Bot. 178.
 Confer: Ruta sylvestris minor. Bauh. pin. 336. Cam. montana.
 epit. 495. Ruta montana legitima. Clus. hist. 2. p.
 136. app. alt. fig. structura eadem, facie distincta.

- patavina.* 2. RUTA foliis ternatis sessilibus.
PseudoRuta patavina trifolia, floribus luteis umbellatis.
Mich. gen. 22. t. 19.
Habitat prope Patavium.
- linifolia.* 3. RUTA foliis simplicibus indivisis.
Ruta foliis simplicibus solitariis. *Hort. cliff. 146.*
Ruta sylvestris linifolia hispanica. *Bocc. mus. 2. p. 82.*
t. 73. Barr. ic. 1186.
- β. Ruta montana, foliis integris subrotundis. *Buxb. cent. 2. p. 30. t. 28. f. 2.*
- γ. Ruta orientalis, linariæ folio, flore parvo. *Tournef. cor. 19. Buxb. cent. 2. p. 30. t. 28. f. 1.*
Habitat in Hispania; β. in Rodastro; γ. in Media. &

TOLUIFERA.

- Balsamum.* 1. TOLUIFERA. *Mat. med. 201.*
Balsamum Tolutanum, foliis ceratiæ similibus. *Bauh. pin. 401.*
Habitat in America prope Carthagenam. †

HÆMATOXYLUM

- Campechianum.* 1. HÆMATOXYLUM. *Hort. cliff. 160. Roy. lugdb. 465.*
Lignum campechianum; species quædam. *Sloan. jam. 213. hist. 2. p. 183. t. 10 f. 1. 2. 3. 4. Catesb. car. 3. p. 66. t. 66.*
Habitat in Campeche Americæ. †

ADENANTHERA.

- pavonina.* 1. ADENANTHERA foliis decompositis. *Roy. lugdb. 462. Vir. cliff. 36. Fl. zeyl. 160. **
Poinciana foliis duplicato-pinnatis: foliolis alternis. *Hort. cliff. 158.*
Mandsiadi, *Rheed. mal. 6. p. 25. t. 14.*
Habitat in India. †

MELIA.

- Azedarach.* 1. MELIA foliis bipinnatis. *Fl. zeyl. 162.*
Melia foliis decompositis. *Hort. cliff. 161. Roy. lugdb. 462.*
Azedarach. *Dod. pempt. 848.*
Arbor fraxini folio, flore cæruleo. *Bauh. pin. 415.*
Pseudo-Sycomorus. *Cam. epit. 181.*

β. Aze

β. Azedarach sempervirens & florens. *Tournef. inst.* 616. sempervi-
Azadirachta indica, foliis ramosis minoribus, flore al- . rens.
bo subcæruleo purpurascente majore, *Comm. hort.* 1.
p. 147. t. 76.

Habitat in Syria, β. *in* Zeylona. †

2. MELIA foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 161. *Fl. zeyl.* 161. * *Azadirachta*
Roy. lugdb. 462.

Olea malabarica, fraxini folio. *Pluk. alm.* 269. t. 247.
f. 1.

Azedarach foliis falcato-ferratis. *Burm. zeyl.* 40 t. 15.

Azadirachta indica, folio fraxini. *Breyn. ic.* 21. t. 15.

Arbor indica, fraxino similis, oleæ fructu. *Bauh. pin.*
416.

Aria Bepou. *Rheed. mal.* 4. p. 107. t. 52.

Habitat in India. †

ZYGOPHYLLUM.

1. ZYGOPHYLLUM capsulis prismatico-pentæedris. *Fabago.*
Hort. ups. 103.

Zygophyllum foliis petiolatis. *Hort. cliff.* 160. *Roy.*
lugdb. 460.

Capparis portulacæ folio. *Bauh. pin.* 480.

Capparis Fabago. *Dod. pempt.* 741.

Habitat in Syria. †

Folia ovata, petiolata. Petala obtusa.

2. ZYGOPHYLLUM capsularum angulis compresso- *Morgsana.*
membranaceis.

Fabago triphylla & tetraphylla, flore tetrapetalo, fructu
membranaceo quadrangulari. *Burm. afr.* 7. t. 3.
f. 2.

Fabago capensis frutescens major. *Dill. elth.* 142. t.
116. f. 141.

Planta africana frutescens, portulacæ foliis, Morgsani
syrorum, ex brevi pediculo binis. *Pluk. amalth.* 173.
t. 429. f. 4.

Habitat in Æthiopia. †

Folia obverse ovata, petiolata; Petala acuta.

3. ZYGOPHYLLUM capsulis globoso-depressis. *Sessilifolium.*

Zygophyllum foliis sessilibus. *Hort. cliff.* 160. *Roy.*
lugdb. 460.

Fabago capensis frutescens minor. *Dill. elth.* 142. t.
116. f. 142.

Fabago humilis quadrifolia glabra, flore albido, fructu rotundo. *Burm. afr.* 4. t. 2. f. 1.

Fabago africana arborescens, flore sulphureo, fructu rotundo. *Comm. rar.* 10. t. 10.

Habitat in Æthiopia. ♀

Folia *subsessilia, oblonga. Petala crenata.*

fulvum.

4. ZYGOPHYLLUM capsulis ovatis acutis.

Fabago flore luteo, petalorum unguibus rubris, fructu sulcato acuto oblongo. *Burm. afr.* 6. t. 3. f. 1.

Habitat in Æthiopia. ♀

Folia *sessilia.*

coccineum.

5. ZYGOPHYLLUM capsulis cylindricis.

Fabago arabica teretifolia, flore coccineo. *Shaw. afr.* 231. f. 231.

Habitat in Æthiopia.

Folia *teretia.*

spinosum.

6. ZYGOPHYLLUM caule aculeato.

Fabago tenuifolia spinosa, fructu rotundo. *Burm. afr.* 5. t. 5.

Habitat in Æthiopia. ♀

Folia *linearia, acuta.*

FAGONIA.

cretica.

1. FAGONIA spinosa, foliolis lanceolatis planis lævibus.

Hort. ups. 103.

Fagonia spinosa. *Hort. cliff.* 160.

Trifolium spinosum creticum. *Bauh. pin.* 330. *prodr.* 142. *Clus. hist.* 2. p. 242.

Habitat in Creta. ☉

hispanica.

2. FAGONIA inermis.

Fagonica hispanica non spinosa. *Tournef. inst.* 265.

Habitat in Hispania. ♀

arabica.

3. FAGONIA spinosa, foliolis linearibus convexis.

Shaw. afr. 229.

Fagonia arabica, longissimis aculeis armata. *Shaw. afr.* 229.

Habitat in Arabia.

TRIBULUS.

maximus.

1. TRIBULUS foliolis quadrijugis: exterioribus majoribus.

Tribulus foliolis trium parium pinnatis. *Hort. cliff.* 160. Tri-

- Tribulus terrestris major, flore maximo odorato. *Sloan. jam. 90. hist. 1. p. 209. t. 132. f. 1. Raj. suppl. 650.*
Habitat in Jamaicae aridis. ☉
2. TRIBULUS foliolis quinquejugatis subæqualibus. *lanuginosus.*
 Tribulus foliolis quinque parium. *Fl. zeyl. 168. **
 Tribulus terrestris zeylanicus, cauliculis villosis, fructu acuminato. *Burm. zeyl. 226. t. 106. f. 1.*
Habitat in Zeylona.
3. TRIBULUS foliolis sexjugatis subæqualibus. *Hort. terrestris. cliff. 160. Hort. ups. 103. Roy. lugdb. 460. Sauv. monsp. 227.*
 Tribulus terrestris, ciceris folio, fructu aculeato. *Bauh. pin. 250.*
 Tribulus terrestris. *Lob. ic. 2. p. 84.*
 Tribulus terrestris minor incanus hispanicus. *Barr. rar. 54. t. 558.*
Habitat in Europa australi ad semitas. ☉
4. TRIBULUS foliolis octojugatis subæqualibus. *Cistoides.*
 Tribulus foliis octo parium pinnatis. *Roy. lugdb. 460.*
 Tribulus terrestris major curassavicus. *Herm. par. 236. t. 236.*
 Tribulus terrestris americanus, argemones flore flavo. *Pluk. alm. 374. t. 64. Raj. suppl. 649.*
Habitat in America calidiore.

MONOTROPA

1. MONOTROPA floribus lateralibus octandris; termi- *Hypopithys.*
 nali decandro. *Fl. suec. 329. Phil. bot. §. 178.*
 Orobanche quæ Hypopithys dici potest. *Bauh. pin. 88. prodr. 31.*
 Orobanche Hypopithys lutea. *Mentz. pug. 3. f. 5.*
 Orobanche flore breviori duplici, verbasculi odore. *Moris. hist. 3. p. 504. f. 12. t. 16. f. 20.*
 Orobanche verbasculi odore. *Plot. oxf. 146. t. 9. f. 6. Pluk. alm. 273. t. 209. f. 5.*
Habitat in Sueciæ, Germaniæ, Angliæ, Canadæ sylvis. Parasitica radicum.
2. MONOTROPA caule unifloro decandro. *uniflora.*
 Monotropa flore mutante. *Gron. virg. 41.*
 Orobanche monanthos virginiana, flore majore pentapetalo. *Moris. hist. 3. p. 502. f. 12. t. 16. f. 5. mal.*

Orobanche virginiana, flore pentapetalo cernuo. *Pluk. alm.* 273. t. 209. f. 2. *Catesb. car.* 1. p. 36. t. 36. bon.
Habitat in Marilandia, Virginia, Canada.

JUSSIÆA.

- repens.* 1. JUSSIÆA repens, floribus pentapetalis decandris, pedunculis folio longioribus. *Fl. zeyl.* 169.
 Nir-Carambu. *Rheed. mal.* 2. p. 99. t. 51. *Raj. hist.* 1510.
Habitat in India.
- peruviana.* 2. JUSSIÆA erecta, floribus pentapetalis, pedunculis foliosis.
 Onagra laurifolia, flore amplo pentapetalo. *Few. peruv.* 716. t. 11.
Habitat in Lima.
- suffruticosa.* 3. JUSSIÆA erecta villosa, floribus tetrapetalis octandris pedunculatis.
 Ludwigia capsulis oblongis uncilialibus. *Roy. lugdb.* 252.
 Lycimachia indica non papposa, flore luteo minimo, siliquis caryophyllum aromaticum æmulantibus. *Herm. lugdb.* 396.
 Carambu. *Rheed. mal.* 2. p. 55. t. 49. *Raj. hist.* 1510.
Habitat in India.
- erecta.* 4. JUSSIÆA erecta glabra, floribus tetrapetalis octandris sessilibus. *Fl. zeyl.* 170. *Hort. ups.* 103.
 Ludwigia capsulis oblongis. *Hort. cliff.* 491.
 Lycimachia viscosa glabra, parietariæ foliis, virginiana. *Pluk. alm.* 235. t. 203. f. 4.
 Jasminum catalonicum, flore luteo. *Seb. thes.* 1. p. 42. t. 24. f. 3.
Habitat in America & forte in Virginia. ☉

SCHINUS.

- Myricoides.* 1. SCHINUS foliis simplicibus lanceolatis sinuatis.
Habitat in Æthiopia. ☿
 Frutex panicula diffusa, distinctissimus a Myrica, cui simillimus facie.
- Molle.* 2. SCHINUS foliis pinnatis: foliolis ferratis: impari longissimo, petiolo æquali.
 Schinus foliis ferratis impari longissimo. *Hort. cliff.* 483.
 Lentiscus peruviana. *Baub. pin,* 399.

Lentiscus africana. Seb. thes. 2. p. 7. t. 5. f. 5.

Molle. Clus. monard. 322. t. 322.

Habitat in Peru. h

3. SCHINUS foliis pinnatis, petiolo æquali, foliolis integerrimis æqualibus. *Areira.*

Molle foliis non ferratis. Few. peruv. 3. p. 43. t. 30.

Arœira. Pis. bras. 132.

Habitat in Brasilia, Peru. h

4. SCHINUS foliis pinnatis: foliolis oblongis, petiolo marginato articulato inermi. *Fagara. Mat. med. 533.*

Lauro affinis, jasmini folio alato, costa media membranulis utrinque extantibus alata, ligno duritie ferro vix cedens. Sloan. jam. 137. hist. 2. p. 25. t. 162. f. 1. Raj. dendr. 86.

Habitat in Jamaicae campestribus. h

Confer Seo f. Santio. Kæmpf. amœn. 892.

5. SCHINUS foliis pinnatis, petiolo marginato articulato *tragodes.* subtus aculeato.

*Schinoides petiolis subtus aculeatis. Hort. cliff. 489. **

Rhoi obsoniorum similis leptophyllos tragodes americana spinosa, rachi medio appendicibus aucto. Pluk. alm 319. t. 107. f. 4.?

Habitat in America. h

6. SCHINUS foliis pinnatis, petiolo marginato articulato, spinis axillaribus solitariis. *Limonia. Fl. zeyl. 175. **

Malus Limonia india, fructu pusillo. Raj. hist. 1658.

Tferou katou Naregam. Rheed. mal. 4. p. - - - t. 12.

Habitat in India utraque. h

BARTRAMIA.

1. BARTRAMIA. *Fl. zeyl. 174.*

indica.

Triumfetta XIII. Amm. herb. 370.

Lappula benghalensis tetraspermos, ribesii folio, echinis orbicularibus ad foliorum ortum plurimis simul sessilibus. Pluk. alm. 206. t. 41. f. 5.

Agrimonia maderaspatana, folio rotundo singulari subtus incano. Pet. gaz. 31. t. 42. f. 10.

Habitat in India. h

MELASTOMA.

1. MELASTOMA foliis denticulatis ovatis acutis.

Acinodendron.

Melastoma foliis ovato-lanceolatis crenatis nervis quinque

que longitudinalibus: extimis obsoletioribus. *Hort. cliff.* 162.

Acinodendrum americanum pentaneuron, foliis crassis hirsutis ad ambitum rarioribus ferris. *Pluk. mant.* 4. t. 159. f. 1.

Grossularia americana, plantaginis folio amplissimo. *Plum. spec.* 18.

Grossulariæ fructu non spinosa, malabathri foliis longa & rufa lanugine hirsutis, fructu maiore cæruleo. *Sloan. jam.* 165. *hist.* 2. p. 85. t. 197. f. 2.

Habitat in America calidiorē ♪

*Grossularioi-
des.*

2. MELASTOMA foliis denticulatis ovatis acuminatis: nervis interioribus ante basin coadunatis.

Grossularia alia plantaginis folio, fructu rariore violaceo. *Plum. hist. nass.*

Arbor americana, latiori & acuminato folio trinervio, utrinque glabro & margine leviter crenato. *Pluk. alm.* 40. t. 249. f. 4.

Habitat in Surinamo. *D. Bartsch.*

hirta.

3. MELASTOMA foliis denticulatis lanceolatis quinque-nervibus, caule hispido.

Grossularia plantaginis folio angustiore hirsuto. *Plum. spec.* 18.

Arbuscula jamaicensis quinquenervis, minutissime dentatis foliis & caule pubescentibus. *Pluk. alm.* 40. t. 264. f. 1.

Habitat in America meridionali. ♪

holosericea.

4. MELASTOMA foliis integerrimis ovato-lanceolatis subtus sericeis: nervis ante basin coadunatis. *Hort. cliff.* 162.

Acinodendrum americanum, ampliore folio trinervi, inferius alba lanugine incano, maximo utrinque glabro. *Pluk. mant.* 4. t. 250. f. 2.

Arbor racemosa brasiliiana, folio malabathri. *Breyn. cent.* 3. t. 2. 4.

Muiva. *Marcgr. bras.* 117.

Habitat in Brasilia, Jamaica, Surinamo. ♪

*malabathri-
ca.*

5. MELASTOMA foliis lanceolato-ovatis quinquenervibus scabris. *Fl. zeyl.* 171. *

Melastoma quinquenervia hirta major, capitulis sericeis villosis. *Burm. zeyl.* 155. t. 73.

Kadali. *Rheed. mal.* 4. p. 87. t. 42.

Habitat in India. ♪

6. MELASTOMA foliis lanceolatis trinervibus sca-aspera.
bris. *Fl. zeyl.* 172.
Katou-Kadali. *Rheed. mal.* 4. p. 91, t. 43. *Raj. hist.*
1493.
Habitat in India. ♪
7. MELASTOMA foliis ovatis trinervibus glabris margi- octandra.
ne hispidis. *Fl. zeyl.* 173. *
Habitat in India. ♪

KALMIA.

1. KALMIA foliis ovatis, corymbis terminalibus. *Gen. latifolia.*
nov. 1079. *
Andromeda foliis ovatis obtusis, corollis corymbosis
infundibuliformibus, genitalibus declinatis. *Gron. virg.*
160.
ChamæDaphne foliis tini, floribus bullatis. *Catesb. car.*
2. p. 98. t. 98.
Cistus ChamæRhododendros mariana laurifolia, flori-
bus expansis summo ramulo in umbellam plurimis.
Pluk. alm. 49. t. 379- f. 6.
Habitat in Marilandia, Virginia, Pensylvania. ♪
2. KALMIA foliis lanceolatis, corymbis lateralibus. *angustifolia.*
Gen. nov. 1079. *
Azalea foliis lanceolatis integerrimis non nervosis gla-
bris, corymbis terminalibus. *Gron. virg.* 21.
ChamæDaphne sempervirens, foliis oblongis angustis,
foliorum fasciculis oppositis. *Catesb. car.* 3. p. 17. t.
17. f. 1.
Cistus sempervirens laurifolia, floribus eleganter bulla-
tis. *Pluk. alm.* 106. t. 161. f. 3.
Anonyma. *Cald. noveb.* 100.
Habitat in Pensylvania, Nova Cæsarea, Noveboraco. ♪

LEDUM.

1. LEDUM. *Fl. lapp.* 160. *palustre.*
Ledum foliis linearibus subtus hirsutis, floribus corym-
bosis. *Fl. suec.* 341. *Mat. med.* 210.
Cistus Ledon foliis rosmarini ferrugineis. *Bauh. pin.*
467.
Rosmarinum sylvestre. *Cam. epit.* 546.
Habitat in Europæ septentrionalis paludibus uligino-
sis. ♪

RHODODENDRON.

- ferrugineum* 1. RHODODENDRON foliis glabris subtus leprosis, corollis infundibuliformibus.
Azalæa maculis ferrugineis subtus adspersa, floribus decandris. *Lemonier. Sauv. monsp.* 57.
Ledum foliis glabris, flore tubuloso. *Hall. helv.* 417.
Ledum alpinum, foliis ferrea rubigine nigricantibus. *Bauh. pin.* 468. *Raj. hist.* 1005.
Evonymus theophrasti. *Dalech. hist.* 27.
Montana allobrogum lentiscifolia. *Lob. ic.* 366.
Habitat in Alpibus Helveticis, Allobrogicis, Pyrenæis. &
- dauricum.* 2. RHODODENDRON foliis glabris utrinque nudis, corollis rotatis.
Chamærhododendros folio glabro majusculo, amplo flore roseo. *Amm. ruth.* 181. t. 21.
Habitat in Dauria.
- hirsutum.* 3. RHODODENDRON foliis ciliatis nudis, corollis infundibuliformibus.
Ledum foliis glabris ciliatis ovatis, flore tubuloso. *Hall. helv.* 418.
Ledum alpinum hirsutum. *Bauh. pin.* 468. *Raj. hist.* 1005.
Ledum alpinum. *Clus. hist.* 1. p. 82.
Balsamum alpinum. *Lob. ic.* 468.
Habitat in Alpibus Helveticis, Austriacis, Styriacis, &
- Chamæcistus* 4. RHODODENDRON foliis ciliatis, corollis rotatis
Ledum foliis serpylli ad margines cili instar pilosis, flore purpureo. *Mich. gen.* 225. t. 106.
Chamæcistus hirsuta. *Bauh. pin.* 466.
Chamæcistus VIII. *Clus. hist.* 1. p. 76.
Cistus pumilus montis baldi. *Bauh. hist.* 2. p. 19. *Raj. hist.* 1005.
Cistus Chamærhododendros foliis confertis ferrea rubigine nitentibus margine pilosis. *Pluk. alm.* 106. t. 23. f. 4.
Habitat in Baldo & prope Salisburgum. &
- maximum.* 5. RHODODENDRON foliis nitidis ovalibus margine acuto reflexo.
Ledum laurocerasi folio. *Amæn. acad.* 2. p. 200.
Chamærhododendros, lauri folio, sempervirens, floribus bullatis corymbosis. *Catesb. car.* 3. p. 17. t. 17. f. 2.
Habitat in Virginia. Collinson. &

Rami & Folia magnitudine & consistentia Padi Lauruscerasi dicti, venis reticulatis inscripta, margine reflexa.

ANDROMEDA:

1. ANDROMEDA pedunculis solitariis lateralibus, corollis campanulatis, foliis oppositis imbricatis obtusis revolutis. *tetragona.*
Andromeda foliis quadrifariam imbricatis obtusis. *Fl. suec.* 338.
Andromeda, foliis quadrifariam imbricatis obtusis, ex alis florens. *Fl. lapp.* 166. *t.* 1. *f.* 4. *Hort. cliff.* 163.
Habitat in Alpibus Lapponicis. ♀
2. ANDROMEDA pedunculis solitariis terminalibus, corollis campanulatis, foliis confertis subulatis. *hypnoides.*
Andromeda foliis aciformibus confertis. *Fl. lapp.* 165. *t.* 1. *f.* 3. *Fl. suec.* 337.
Habitat in Alpibus Lapponicis. ♀
3. ANDROMEDA pedunculis aggregatis, corollis ovatis, foliis sparsis linearibus obtusis planis. *cærulea.*
Andromeda foliis linearibus obtusis sparsis. *Fl. lapp.* 165. *t.* 1. *f.* 5. *Fl. suec.* 336. *Hort. cliff.* 163.
Erica folio abietis, flore arbuti. *Buxb. cent.* 4. *p.* 26. *t.* 53.
Habitat in Lapponiæ Alpibus. ♀
4. ANDROMEDA pedunculis aggregatis, corollis cylindricis, foliis alternis ovatis integerrimis. *mariana.*
Andromeda foliis ovatis, pedunculis fasciculatis, capsulis pentagonis apice dehiscentibus. *Gron. virg.* 49.
Arbuscula mariana, brevioribus evonymi foliis pallide virentibus, floribus arbuteis ex eodem nodo plurimis, spicatim uno versu erumpentibus. *Pluk. mant.* 25. *t.* 448.
Habitat in Virginia. ♀
5. ANDROMEDA pedunculis aggregatis, corollis ovatis, foliis alternis lanceolatis revolutis. *Polifolia.*
Andromeda foliis alternis lanceolatis margine reflexis. *Fl. lapp.* 163. *t.* 1. *f.* 3. *Fl. suec.* 335. *Hort. cliff.* 163. *Roy. lugdb.* 440. *Hall. helv.* 416.
Polifolia. *Buxb. act.* 2. *p.* 345. *cent.* 5. *p.* 28. *t.* 49. *f.* 1.
Erica humilis, rosmarini foliis, unedonis flore, capsula cistocide. *Pluk. alm.* 136. *t.* 175. *f.* 3.
Habitat in Europæ frigidioris paludibus turfosis. ♀

- paniculata.* 6. **ANDROMEDA** racemis secundis nudis paniculatis, corollis subcylindricis, foliis alternis oblongis crenulatis.
 Andromeda foliis ovatis acutis crenulatis planis alternis, floribus racemosis. *Hort. cliff.* 162. *Gron. virg.* 48.
 Frutex foliis serratis, floribus longioribus spicatis subviridibus, spica pentagona. *Catesb. car.* 2. p. 43. t. 43.
 Vitis idæa americana, longiori mucronato & creuato folio, floribus urceolatis racemosis. *Pluk. alm.* 391.
Habitat in Virginia.
- racemosa.* 7. **ANDROMEDA** racemis secundis bracteatis, corollis gibbo-cylindricis, foliis alternis oblongis serratis.
Habitat in Pennsylvania. Kalm.
Hæc differt a priori 1. *Racemis minus paniculatis.* 2. *Bractea sub singulo flore lineari-lanceolata, stricta, flore longiore, viridi, decidua; in præcedenti nulla bractea.* 3. *Capsulis retinentibus stylum, quem antecedens dimittit.* 4. *Foliis magis serratis.*
- arborea.* 8. **ANDROMEDA** racemis secundis nudis, corollis rotundo-ovatis.
 Andromeda arborea, foliis oblongo-ovatis integerrimis, floribus paniculatis nutantibus, racemis simplicissimis. *Gron. virg.* 48.
 Frutex foliis oblongis acuminatis, floribus spicatis uno versu dispositis. *Catesb. car.* 1. p. 71. t. 71.
Habitat in Virginia, Carolina. ♀
- calyculata.* 9. **ANDROMEDA** racemis secundis foliaceis, corollis subcylindricis, floribus alternis lanceolatis obtusis punctatis.
 Cistus Ledon f. Andromeda, floribus monopetalis parvis albis tubulosis spicatim in summis ramulis dispositis, foliis & facie vitis idææ, capsula minima sicca quinquepartita. *Gron. virg.* 21. ?
 ChamæDaphne. *Buxb. act.* 1. p. 241. t. 8. f. 1.
Habitat in Virginia, Canada, Sibiria ♀
 Frutex foliis ovali-lanceolatis, coriaceis, myricæ consistentia, obtusis, margine recurvis, adpersis punctis vix conspicuis, callosis, ab utraque parte. Racemi ex ramis propriis, foliolis ovalibus alternis, in quorum ala Flos solitarius, pedicellatus. Calyx a basi tegitur duobus foliolis ovatis. Flores ad unum latus nutant. Stamina 10, antheris oblongis.

EPIGÆA.

1. EPIGÆA. *Gen. nov.* 1087. repens.
Memecylum. Mich. gen. 13.
 Arbutus foliis ovatis integris, petiolis laxis longitudine
 foliorum. *Gron. virg.* 49.
 Pyrolæ affinis repens fruticosa, foliis rigidis scabritie ex-
 asperatis, flore pentapetaloide fistuloso. *Pluk. alm.*
309. t. 107. f. 1.
Habitat in Virginiae, Canadae pinetis. h

GAULTHERIA.

1. GAULTHERIA. *Kalm. Gen. nov.* 1080. f. 6. procumbens.
Anonyma pedunculis arcuatis. Cold. noveb. 98.
Habitat in Canadae sterilibus arenosis. h

ARBUTUS.

1. ARBUTUS caule erecto, foliis glabris ferratis, bac- Unedo.
 cis polyspermis. *Hort. cliff.* 163. *Roy. lugdb.* 440.
Sauv. monsp. 59.
 Arbutus folio ferrato. *Bauh. pin.* 460.
 Arbutus. *Cam. epit.* 168.
Habitat in Europa australi. h
 Baccæ polyspermæ tuberculis seminum exasperatæ.
2. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis ovatis sub- acadiensis.
 ferratis, floribus sparsis, baccis polyspermis.
 Vitis idæa acadiensis, foliis alaterni. *Tournef. inst.* - -
Habitat in Acadia. h
3. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis rugosis ser- alpina.
 ratis. *Fl. lapp.* 161. *Fl. suec.* 340. *Hort. cliff.* 163.
Roy. lugdb. 440. *Hall. helv.* 415.
 Vitis idæa foliis oblongis albicantibus. *Bauh. pin.* 470.
 Vitis idæa. *Clus. hist.* 1. 61.
Habitat in Alpibus Lapponiæ, Helvetiæ, Sibiria. h
4. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis integer- Uva ursi.
 rimis. *Fl. lapp.* 162. t. 6. f. 3. *Fl. suec.* 339. *Mat.*
med. 211. *Hort. cliff.* 163. *Roy. lugdb.* 440. *Hall.*
helv. 415.
 Uva ursi. *Clus. hist.* 1. p. 63.
 Radix idæa putata & Uva ursi. *Bauh. hist.* 1. p. 524.
 Arbutus noveboracensis Bearberry. *Cold. nov.* 104.
Habitat in Europa frigida, Canada. h

CLETHRA,

*alnifolia.*1. CLETHRA. *Gron. virg.* 47.

Alnifolia americana ferrata, floribus pentapetalis albis in spicam dispositis. Pluk. alm. 18. t. 115. f. 1. Catesb. car. 1. p. 66. t. 66.

Habitat in Carolina, Virginia, Pennsylvania. †

PYROLA.

rotundifolia. 1. PYROLA staminibus adscendentibus, pistillo declinato. *Fl. suec.* 330. *Mat. med.* 212. *Amœn. acad.* 1. p. 156.

Pyrola staminibus & pistillis declinatis. Fl. lapp. 169.

Pyrola foliis integerrimis. Vir. cliff. 37. *Roy. lugdb.* 440.

Pyrola foliis subrotundis, scapo racemoso. Hort. cliff. 162.

Pyrola rotundifolia major. Baub. pin. 191.

Pyrola noveboracensis. Cold. noveb. 99.

Habitat in Europa septentrionaliore, Virginia, Brasilia. †

minor.

2. PYROLA floribus racemosis dispersis, staminibus pistillisque rectis. *It. gotl.* 206. *Fl. suec.* 331.

Pyrola foliis subrotundis, scapo undique racemoso, genitalibus rectis. Act. stockh. 1741. p. 192.

Pyrola foliis obiter ferratis subrotundis racemosis, floribus tuba recta. Hall. helv. 420.

Pyrola minor. Riv. pent. 149. *Raj. angl.* 3. p. 363.

Habitat in Europa frigidior. †

secunda.

3. PYROLA racemo unilaterali. *Fl. suec.* 332.

Pyrola floribus uno versu sparsis. Fl. lapp. 168.

Pyrola folio mucronato ferrato. Baub. pin. 181.

Pyrola 2 tenerior. Clus. pan. 506.

Habitat in Europæ borealis sylvis. †

umbellata.

4. PYROLA pedunculis subumbellatis. *Fl. suec.* 333.

Pyrola frutescens, arbuti flore. Baub. pin. 191.

Pyrola 3 fruticans. Clus. pan. 507.

Habitat in Euroqæ, Asiæ & Americæ septentrionalis sylvis. †

maculata.

5. PYROLA pedunculis bifloris.

Pyrola petiolis apice bifloris vel trifloris. Gron. virg. 48.

Pyrola marilandica minor, folio mucronato arbuti. Pet. mus. 675.

Pyro-

Pyrola mariana, arbuti foliis angustioribus, trifoliata ad medium nervium linea alba utrinque per longitudinem discurrente. *Pluk. mant.* 157. t. 349. f. 4.

Habitat in Americæ septentrionalis sylvis. †

6. PYROLA scapo unifloro. *Fl. lapp.* 167. *Fl. suec.* 334. *uniflora.*
Hall. helv. 420.

Pyrola rotundifolia minor. *Baub. pin.* 191.

Singulari flore ampliore. *Moris. hist.* 3. p. 505. f. 12.
t. 10. f. 2.

Habitat in Europæ borealis sylvis. †

DIGYNIA.

ROYENA.

1. ROYENA foliis ovatis scabriusculis. *Hort. cliff.* 149. *lucida.*
Roy. lugdb. 411.

Staphylo dendron africanum sempervirens, foliis splendentibus. *I. p.* 187. t. 96.

Staphylo dendrum africanum, folio singulari lucido.
Herm. parad. 232. t. 232.

Pistacia africana. *Pluk. alm.* 298. t. 63. f. 4. t. 317. f. 5.
Habitat ad Cap. b. Spei. †

2. ROYENA foliis lanceolatis glabris. *Roy. prodr.* 441. *glabra.*
Royena foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 149.

Vitis idæa æthiopica, buxi minoris folio, floribus albis.
Comm. hort. 1. p. 125. t. 65.

Vitis idæa æthiopica, myrti foliis, flosculis dependentibus. *Pluk. alm.* 391. t. 321. f. 4.

Habitat ad Cap. b. Spei. †

3. ROYENA foliis lanceolatis hirsutis. *Roy. lugdb.* 441. *hirsuta.*
Arbutus foliis lanceolatis integerrimis hirsutis. *Hort. cliff.* 163.

Staphylo dendrum africanum, folio lanuginoso rosmarini latiore. *Boerb. lugdb.* 2. p. 235.

Habitat ad Cap. b. Spei. †

HYDRANGEA.

1. HYDRANGEA. *Gron. virg.* 50. †

arborescens.

Habitat in Virginia. †

Frutex ex ordine *Arbustivarum XIX*, foliis oppositis, floribus in cymam digestis.

CHRY-

DE ERVO CHRYSOSPLENIUM.

alternifoli-
um.1. CHRYSOSPLENIUM foliis alternis. *Fl. suec.* 317.
It. scan. 16.Chrysofplenium. *Hort. cliff.* 149. *Roy. lugdb.* 209.Chrysofplenium foliis amplioribus auriculatis. *Rudb. lapp.*
97. *Fl. lapp.* 151.Chrysofplenium foliis pediculis oblongis infidentibus.
Tournef. inst. 146.Saxifraga aurea, foliis pediculis oblongis infidentibus.
Raj. hist. 206.Sedum palustre luteum majus, foliis pediculis longis in-
fidentibus. *Moris. hist.* 3. p. 477. f. 12. t. 8. f. 8.*Habitat in Sueciæ, Germaniæ, Angliæ opacis humen-*
tibus. 2*Flos primarius Decandros, reliqui Octandri. Phil Bot.*
178.oppositifoli-
um.2. CHRYSOPLENIUM foliis oppositis. *Sauv. monsp.*
128.Chrysofplenium foliis amplioribus auriculatis. *Tournef.*
inst. 146.Chrysofplenium 1, Saxifraga aurea. *Tabern. hist.* 1224.Saxifraga aurea. *Dod. pempt.* 316. *Lob. hist.* 336. ic. 312.Saxifraga rotundifolia aurea. *Baub. pin.* 309.Saxifraga romanorum. *Dalech. hist.* 1114.Sedum palustre luteum, foliis subrotundis sessilibus.
Moris. hist. 3. p. 477. f. 12. t. 8. f. 7.Alchimilla rotundifolia aurea hirsuta. *Herm. lugdb.* 14.*Habitat in Belgio, Anglia, Canada locis umbrosis hu-*
mentibus.

SAXIFRAGA.

* Foliis indivisis, Caule subnudo.

Cotyledon.

1. SAXIFRAGA foliis radicalis aggregatis lingulatis car-
tilagineo-ferratis, caule paniculato.Saxifraga foliis ligulatis radicalibus margine cartilagineo
acute ferratis, floribus paniculatis. *Fl. suec.* 355.Saxifraga foliorum marginibus cartilagine crenatis.
Hort. cliff. 168. *Roy. lugdb.* 453.Saxifraga foliis radicalibus in orbem positis: ferraturis
cartilagineis. *Fl. lapp.* 177. t. 2. f. 2.Sanicula montana crenata, folio longiore, pediculo fo-
lioso. *Pluk. alm.* 331. t. 222. f. 1.Sedum ferratum album bicorne, marginibus argenteis.
Moris. hist. 3. p. 478. f. 12. t. 9. f. 19. 20.

- Cotyledon media, foliis oblongis ferratis. *Bauh. pin.* 285.
- β. Cotyledon minor, foliis subrotundis ferratis. *Bauh. pin.* 285. *prodr.* 133.
- γ. Saxifraga, sedi folio, flore albo, multiflora. *Tournef. inst.* 252.
- Sedum ferratum, flore albo, multiflorum. *Dod. pempt.* 113.
- δ. Saxifraga, sedi folio, pyrenaica ferrata. *Tournef. inst.* 252.
- ε. Cotyledon pyramidale, lato crenato & retuso folio, polyanthos. *Bocc. mus.* 2. p. 109. t. 86.
- Saxifraga sedi folio angustiore ferrato. *Segu. ver.* 448. t. 9. f. 1.
- Habitat in Alpibus Europæ.* 2
2. SAXIFRAGA foliis lanceolatis denticulatis, caule nudo paniculato, floribus subcapitatis. *pensylvanica*
- Saxifraga foliis radicalibus lanceolatis denticulatis, caule subnudo piloso ramoso, floribus confertis capitatis. *Gron. virg.* 49.
- Saxifraga noveboracensis. *Cold. noveb.* 105.
- Saxifraga pensylvanica, floribus muscosis racemosis. *Dill. elth.* 337. t. 253. f. 328.
- Sanicula virginiana alba, folio oblongo mucronato. *Pluk. alm.* 331. t. 59. f. 1. & t. 222. f. 5.
- Habitat in Virginia, Pennsylvania, Canada.*
3. SAXIFRAGA foliis lanceolatis obtusis pilosis, caule nudo bifloro. *androsacea.*
- Saxifraga caule paucifloro, foliis subhirsutis lingulatis & tridentatis. *Hall. helv.* 405.
- Sedum alpinum tertium. *Col. ecphr.* 2. p. 66. t. 67. f. ult.
- Saxifraga alpina, habitu androsaces, villosa. *Hall. norib.* 1736. t. 1. f. 3.
- Habitat in Sibiria, Helvetia.*
4. SAXIFRAGA foliis linearibus subtus punctatis aggregatis recurvatis, caule nudo multifloro. *caesia.*
- Saxifraga rofulis densissimis, foliis crassis glaucis repandis subtus sulcatis. *Hall. helv.* 402.
- Saxifraga alpina minima, foliis cæsiis deorsum incurvis. *Tournef. inst.* 253. *Segu. veron.* 449. t. 9. f. 2.
- Sedum alpinum album, foliis compactis. *Bauh. pin.* 284. *Moris. hist.* 3. f. 12. t. 7. f. 32.
- Sedum alpinum minimum, foliis cinereis, flore candido. *Scherch. alp.* 341. 141. t. 21. f. 1.
- Habitat in Alpibus Helveticis, Austriacis, Pyrenacis, Baldo.*

Folia duplici ordine punctorum callosorum notata evadunt albida.

- hirsutiana.* 5. **SAXIFRAGA** foliis aggregatis imbricatis subulatis lævibus, caule subnudo unifloro.
Sedum alpinum, saxifragæ albæ flore. *Bauh. pin.* 284.
Burf. XVI: 6.
Habitat in Tauro, Rastadiensi, &
Facies Sedi minoris. Folia juniperina, dense imbricata, acuta, carinata, glabra. Caulis vix digitalis, rufescente hispidus s. glutinosus, foliolis 3. s. 4. alternis, linearibus. Flos magnitudine Saxifragæ granulatae: venis incarnatis.
- bryoides.* 6. **SAXIFRAGA** foliis ciliatis reflexis, caule nudiusculo unifloro.
Saxifraga foliis densissimis, foliolis ciliatis, caule unifloro. *Hall. helv.* 403.
Saxifraga pyrenaica minima lutea musco similis. *Tournef. inst.* 253.
Sedum muscosum. *Bauh. hist.* 3. p. 695. *Sebeuch. alp.* 142. t. 21. f. 2.
Sedum ejusdem alpinum quartum. *Col. ecphr.* 2. p. 66. t. 67. f. 1. 2.
Habitat in Alpibus Helveticis, Pyrenaicis.
- bronchialis.* 7. **SAXIFRAGA** foliis imbricatis subulatis ciliatis spinosis, caule subnudo multifloro.
Habitat in Sibiria.
Stolones oblongi, confertim imbricati; Foliis planis, subulatis, mucronato-spinosis, spinoso-ciliatis. Caulis altus nudiusculus, foliis aliquot minimis mucronatis margine lævibus. Panicula parva.
- stellaris.* 8. **SAXIFRAGA** foliis ferratis, caule nudo ramoso petalis acuminatis.
Saxifraga foliis lanceolatis dentato-ferratis, caule nudo simplici. *Fl. suec.* 355.
Saxifraga caule nudo simplici, foliis lanceolatis dentatis, petalis acutis. *Fl. lapp.* 175.
Sanicula myosotis, floribus albicantibus fere umbellatis. *Pluk. alm.* 331. t. 58. f. 2. *Æ.* t. 222. f. 4.
Sedum montanum hirsutum, mucronato & dentato folio, flore albo guttato. *Morif. hist.* 3. p. 478. f. 12. t. 9. f. 13.
Habitat in Alpibus Spitsbergenfibus, Lapponicis, Helveticis, Styriacis, Westmorlandicis.

9. SAXIFRAGA foliis ovalibus retusis obsolete serratis *crassifolia*
petiolatis, caule nudo, panicula conglomerata.
Saxifraga foliis ovalibus crenulatis, caulibus nudis. *Gmel.*
Habitat in Alpibus Sibiriae. &
Radix crassitie fere digiti. Folia saepe palmaria, coriacea,
ovalia, retusa, repando-crenata, glabra, petiolis longitu-
dine fere foliorum. Panicula arcta, congesta, in cau-
le omnino nudo. Flores purpurascens. Facies sequen-
tis, sed majora omnia & reliqua.
10. SAXIFRAGA foliis obovatis crenatis subsessilibus, *nivalis*
caule nudo, floribus congestis.
Saxifraga foliis subovatis crenatis, caule nudo, floribus-
capitatis. *Fl. suec. 354.*
Saxifraga caule nudo simplici, foliis elliptico-subrotun-
dis crenatis, floribus capitatis. *Fl. lapp. 176, t. 2. f.*
5. 6.
Saxifraga foliis cordato-ovalibus crenatis, corolla alba,
caule hirsuto aphylo. *Gran. virg. 160.*
Saxifraga foliis oblongo-rotundis dentatis, floribus com-
pactis. *Raj. angl. 3. p. 354. t. 16. f. 1.*
Sempervivum minus dentatum. *Mart. spitzb. 43. t. F.*
f. A.
Habitat in summis Alpibus Spitzbergenfibus, Lapponi-
cis, Arvonicis, Virginia, Canada. &
11. SAXIFRAGA foliis cordato-ovalibus retusis carti- *Geum*
lagineo-crenatis, caule nudo paniculato. *Hort. cliff.*
*167. **
Geum foliis petiolatis retusis, ora cartilaginea, serrata,
caule ramoso. *Hall. belv. 400.*
Sanicula montana rotundifolia minor. *Bauh. pin. 243.*
Habitat in Alpibus Helveticis, Pyrenaicis. &
12. SAXIFRAGA foliis reniformibus dentatis, caule nu- *rotundifolia,*
do paniculato.
Geum folio circinato acute crenato, pistillo floris rubro.
Magn. hort. 87. t. 87.
Habitat in Alpibus Pyrenæis, Sibiricis. &
Facies *Saxifragæ rotundifoliae*, sed caulis nudus.
13. SAXIFRAGA foliis obovatis dentatis petiolatis, cau- *punctata*
le nudo paniculato.
Geum bicornis ferratum, pallidior folio rotundior, flo-
ribus punctatis. *Moris. hist. 3. p. 478. f. 12. t. 9. f. 17.*
Habitat in Sibiria, &

* Foliis indivisis, Caule folioso.

- oppositifolia.* 14. SAXIFRAGA foliis caulinis ovatis oppositis imbricatis: summis ciliatis. *Fl. suec.* 359.
 Saxifraga foliis ovatis quadrangulo imbricatis, ramis procumbentibus. *Fl. lapp.* 179. t. 2. f. 1. *Hall. helv.* 403.
 Sedum alpinum ericoides purpurascens. *Baub. pin* 284. *prodr.* 132. *Moris. hist.* 3. p. 480. f. 12. t. 10. f. 36.
Habitat in rupibus Alpium Spitzbergensium, Lapponicarum, Pyrenaicarum, Helveticarum. 2
 Caules filiformes, dependentes, repentes. Folia ovata, quadrifariam imbricata, opposita, sessilia, ciliata. Flos terminalis, solitarius, sessilis.
- aspera.* 15. SAXIFRAGA foliis caulinis lanceolatis alternis spinoso ciliatis, caule inferne procumbente.
 Saxifraga foliis simplicibus ciliatis, caule folioso ramoso. *Hall. helv.* 403.
 Sedum alpinum, foliis crenatis asperis. *Baub. pin.* 284. *prodr.* 132.
 Sedum alpinum hispidum fere spinosum, flore pallido. *Baub. hist.* 3. p. 695. *Moris. hist.* 3. p. 479. f. 12. t. 10. f. 25.
 Sedum minimum alpinum villosum alterum. *Park. theatr.* 738.
Habitat in Alpibus Helveticis.
- autumnalis.* 16. SAXIFRAGA foliis caulinis linearibus alternis ciliatis radicalibus aggregatis.
 Saxifraga ciliorum margine ciliari, floribus luteis maculosis. *Hall. helv.* 399.
 Saxifraga angustifolia autumnalis, flore luteo guttato, foliis florum magis acuminatis. *Breyn. cent.* 106. t. 48.
 Sedum angustifolium autumnale, flore luteo guttato. *Moris. hist.* 3. p. 477. f. 12. t. 8. f. 6.
Habitat in humentibus Borussiae, Angliae, Helvetiae.
Calyx corolla longe brevior & viridis est.
- Hirculus.* 17. SAXIFRAGA foliis caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caule erecto.
 Saxifraga petalis latissimis luteis lineatis. *Hall. helv.* 399. t. 8.
 Geum palustre luteum bicorne, nardi celticae similis. *Moris. hist.* 3. p. 477.
 ChamæCistus friscus, foliis nardi celticae. *Baub. pin.* 466.

- Hirculus qui ChamæCisti genus. *Clus. cur. 5.*
Habitat in Suecia, Helvetia, Lapponia, Sibiria.
 Petala ad basin Lacuna nectarifera ex rimabivalvi apicibus acutis instructa.
18. SAXIFRAGA foliis caulinis lineari-subulatis sparsis *nizoides.*
 nudis inermibus, caulibus decumbentibus.
 Saxifraga foliis linearibus sparsis glabris. *Fl. suec. 357.*
 Saxifraga foliis subulatis sparsis *Fl. lapp. 178.*
 Sedum alpinum, flore pallido. *Bauh. pin. 284. Moris. hist. 3. p. 477. f. 12. t. 6. f. 3.*
 Sedum minus VI. *Clus. hist. 2. p. 60.*
Habitat in Alpibus Lapponicis, Styriacis, Westmoriandicis, Baldo.
19. SAXIFRAGA foliis caulinis reniformibus dentatis *rotundifolia.*
 petiolatis.
 Saxifraga foliis reniformibus acute crenatis, caule ramoso folioso. *Hort. cliff. 167. Roy. lugdb. 453. Hall. helv. 400.*
 Sanicula montana rotundifolia major. *Bauh. pin. 243.*
 Sanicula alpina. *Cam. epit. 764.*
Habitat in Alpibus Helveticis, Austriacis. &
- *Foliis lobatis, Caule erecto.
20. SAXIFRAGA foliis caulinis reniformibus lobatis, *granulata.*
 caule ramoso, radice granulata. *Hort. cliff. 167. Fl. suec. 350. Mat. med. 215. Roy. lugdb. 453. Hall. helv. 401.*
 Saxifraga rotundifolia alba. *Bauh. pin. 309.*
 Saxifraga alba. *Dod, pempt. 316.*
 Saxifraga IV. *Cam. epit. 719.*
Habitat in Europæ apricis. &
21. SAXIFRAGA foliis caulinis palmato-lobatis; caulis sessilibus, caule ramoso bulbifero. *bulbifera.*
 Saxifraga bulbosa altera bulbifera montana. *Col. ecphr. 1. p. 318. t. 317.*
 Saxifraga ad folia bulbos gerens. *Bauh. pin. 309.*
 Sedum bicornis rotundifolium erectum, radice granulata, & ad caulem tubercula proferens. *Moris. hist. 3. p. 474. f. 12. t. 9. f. 24.*
Habitat in Italia, pratis saxosis umbrosis. &
22. SAXIFRAGA foliis caulinis palmatis petiolatis, caule simplicissimo unifloro bulbifero. *cernua.*

Saxifraga foliis palmatis, caule simplici unifloro. *R. lapp.* 172. t. 2. f. 4. *Hort. cliff.* 167. *Fl. suec.* 351.

Habitat in Alpibus Lapponicis frequens. &

Flos parum nutat. Folia caulina glabra, magis palmata & germen supra receptaculum magis quam in antecedente, ut distinctissima a priore planta. Videtur tamen affinis sequentis, licet & ab hac distincta.

rivularis.

23. SAXIFRAGA foliis caulinis palmatis: summo florali ovato, caule simplici subbifloro.

Saxifraga foliis radicalibus quinquelobis, florali ovato. *Fl. lapp.* 174. t. 2. f. 7. *Fl. suec.* 352.

Habitat ad Alpium Lapponicarum latera & rivulos.

grœnlandica.

24. SAXIFRAGA foliis caulinis palmato-multifidis sparsis: laciniis acutis, caule erecto.

Saxifraga tridactylites grœnlandica, caulibus valde foliosis. *Dill. elth.* 337. t. 353. f. 329.

Habitat in Grœnlandia, forte etiam in Pyrenæis & Helveticis Alpibus.

tridactylites.

25. SAXIFRAGA foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoso. *Fl. suec.* 353.

Saxifraga foliis trifidis basi angustis, caule erecto. *Roy. lugdb.* 457. *Sauv. monsp.* 208.

Saxifraga foliis omnibus trilobis basi angustis, caule erecto. *Fl. lapp.* 173. *Hort. cliff.* 168.

tectorum.

Sedum tridactylites tectorum. *Bauh. pin.* 285.

Paronychia altera. *Dod. pempt.* 113.

alpina.

β. Saxifraga alba petræa. *Pon. bald.* 339. f. 337. *

Saxifraga aizoides alpina, trifido folio, major alba. *Pluk. alm.* 331. t. 222. f. 3.

Sedum tridactylites alpinum majus album. *Bauh. pin.* 284. *Moris. hist.* 3. p. 479. f. 12. t. 9. f. 28.

Habitat α in Europæ arenosis, β in Alpibus Lapponicis, Pyrenæis. ☉

sedoides.

26. SAXIFRAGA foliis caulinis aggregatis alternis oppositisque sub lanceolatis, flore pedunculato.

Saxifraga alpina minima, foliis ligulatis in orbem circumactis, flore ochroleuco. *Segn. ver.* 450. t. 9. f. 3.

Habitat in Alpibus Tridentinis, Sibiricis.

cespitosa.

27. SAXIFRAGA foliis radicatis aggregatis linearibus integris trifidisque, caule erecto subnudo subbifloro.

Saxifraga foliis simplicibus & trifidis, caule pæne aphyllulo paucifloro. *Hall. helv.* 405.

Saxi-

Saxifraga foliis partim integris partim trifidis. *Segn. ver.*
451. t. 9. f. 4.

Sedum tridactylites alpinum minus. *Bauh. pin.* 284.
prodr. 131.

Habitat in Alpibus Lapponicis, Helveticis, Tridentinis,
Monspeliis. &

* Foliis lobatis Caulibus procumbentibus

28. *SAXIFRAGA* foliis caulinis cordatis trilobis inte- *cymbalaria,*
grisque, caulibus procumbentibus.

Saxifraga exigua, foliis cymbalariae. *Buxb. cent.* 2. p.
40. t. 45. f. 2.

Habitat in Oriente.

29. *SAXIFRAGA* foliis caulinis ovatis lobatis, caule fi- *hederaceo,*
liformi flaccido.

Saxifraga cretica annua minima, hederaceo folio. *Tour-*
nef. cor. 18.

Habitat in Creta.

30. *SAXIFRAGA* foliis caulinis linearibus integris trifi- *hypnoides.*
disve, stolonibus procumbentibus, caule erecto nudi-
usculo.

Saxifraga procumbens, foliis linearibus integris trifidis-
que. *Hort. cliff.* 168. *Roy. lugdb.* 453. *Sauv. monsp.*
208. *Gort. gelr.* 248.

Saxifraga foliis omnibus angustis petiolatis apice triden-
tatis, caule folioso ramoso viscido. *Hall. helv.* 404.

Sedum alpinum, trifido folio. *Bauh. pin.* 284. *Morif.*
hist. 3. p. 479. f. 12. t. 9. f. 26.

β. *Saxifraga procumbens, foliis linearibus integris trifidis*
& quinquefidis. *Roy. lugdb.* 454. *Sauv. monsp.* 208.

Habitat in Alpibus Helveticis, Austriacis, Pyrenaicis,
Westmorlandicis. &

31. *SAXIFRAGA* foliis caulinis cuneiformibus apice *adscendens.*
dentatis, caule adscendente subvillosa.

Sedum tridactylites alpinum, caule folioso. *Bauh. pin.*
284.

Sedum tridactylites alpinum majus. 3. *Bauh. prodr.* 131.
Burf. XVI. 89.

Habitat in Pyrenæis, Baldo, Tauro Rastadiensi. &

TIARELLA.

1. *TIARELLA* foliis cordatis. *Gen. nov.* 188. *cordifolia.*

Mitelia scapo nudo. *Hort. cliff.* 167. * *Roy. lugdb.*

459. *Gron. virg.* 160. *Cor-*

Cortusa americana, flore spicato, petalis integris. *Herm.*
par. 129. *t.* 129.

Habitat in America & Asia septentrionali. ♀

trifoliata.

2. TIARELLA foliis ternatis. *Gen. nov.* 188.

Mitella foliis ternatis. Amœn. acad. 2. p. 351.

Habitat in Asia boreali. G. Demidoff. ♀

MITELLA.

diphylla.

1. MITELLA scapo diphylo. *Gen. nov.* 29. *Hort. cliff.*

167. * *Roy. lugdb.* 459. *Cold. noveb.* 96.

Cortusa americana altera, floribus minutim fimbriatis.

Mentz. pug. t. 10.

Cortusa americana, spicato flore, petalis fimbriatis. *Herm.*

par. 130.

Habitat in America septentrionali.

nuda.

2. MITELLA scapo nudo. *Amœn. acad.* 2. p. 352.

Habitat in Asia boreali. ♀

SCHLERANTHUS.

anuus.

1. SCLERANTHUS calycibus fructus patulis. *Fl. suec.*
348.

Scleranthus. Hort. cliff. 166. *Roy. lugdb.* 215.

Polygonum, gramineo folio, majus erectum. *Baub.*
pin. 281

Polygonum montanum, vermiculatæ foliis. *Baub. pin.*
281.

Vermiculata nova planta. Col. ecphr. 1. p. 295. *t.* 294?

Habitat in Europæ arvis, arenosis. ☉

perennis.

2. SCLERANTHUS calycibus fructus clausis. *Fl. suec.*
349.

Knaveel incanum, flore majore, perenne. *Raj. angl.* 3.
p. 160. *t.* 5. *f.* 1.

Alchimilla gramineo folio, majori flore. *Vaill. paris.* 4.
t. 1. *f.* 5.

Habitat in Europæ campis apricis arenosis. ♀

GYPSOPHILA.

aggregata.

1. GYPSOPHILA foliis mucronatis recurvatis, floribus aggregatis. *Gen. nov.* 1103.

Saponaria calycibus pentaphyllis, floribus aggregatis, foliis mucronatis canaliculatis recurvis. *Hort. ups.* 107.

Caryophyllus saxatilis, ericæ foliis, umbellatis corymbis.

bis. *Bauh. pin.* 211. *prodr.* 105. *Raj. hist.* 1033.

Magn. monsp. 53. t. 5.

Habitat in monte Vignon Galliae, Montspeli, Pyrenæis. &

2. GYPSOPHILA foliis lanceolatis, staminibus pistillo *repens*, brevioribus. *Gen. nov.* 1103.

Saponaria caule simplici, foliis subulatis planis, ex alis ramulosa. *Hort. cliff.* 166.

Alfina orientalis altissima, gramineo folio, flore albo.

Buxb. cent. 3. p. 32. t. 60.

Alfina angustifolia caryophylloides multiflora glabra purpurascens, radice astragaliti. *Pluk. alm.* 22. t. 75. f. 2.

Caryophyllus saxatilis, foliis gramineis, minor. *Bauh. pin.* 211. *Bursf. XI.* 126.

Habitat in Sibiriae, Austriae, Helvetiae montibus. &

Corollae albae, extus incarnatae, emarginatae; antherae rufescentes polline violaceo.

3. GYPSOPHILA foliis lanceolatis scabris, corollis re-paniculata, volutis. *Gen. nov.* 1108.

Alfina frutescens, caryophylli folio, flore parvo albo.

Gerb. tanais. 15.

Habitat in Sibiriae, Tatariae desertis sabulosis, Tawrow, Bielogrod. &

Folia margine scabra, acuta. Stamina in fundo floris latent. Petala revoluta, minora quam in congeneribus. Styli longiores corolla, incurvi.

4. GYPSOPHILA foliis lanceolatis subtrinerviis rectis. *altissima.* *Gen. nov.* 1103.

Saponaria calycibus pentaphyllis, corymbis fastigiatis, foliis lanceolatis, caule adscendente. *Hort. ups.* 107.

Habitat in Sibiria. &

Differt a sequente magnitudine dupla vel quadrupla omnium partium; Structura eadem, tamen diversa species.

5. GYPSOPHILA foliis lanceolato-linearibus obsolete fastigiata, triquetris laevibus obtusis secundis. *Gen. nov.* 1103.

Saponaria caule simplici, foliis linearibus ex alis foliorum confertis teretibus. *Hort. cliff.* 166.

Saponaria calycibus pentaphyllis, corymbis fastigiatis, foliis linearibus, caule adscendente. *It. gotl.* 282. *Fl. suec.* 246. *Sauv. monsp.* 145.

Saponaria petalis ovatis, foliis glaucis pulposis linearibus. *Hall. jen.* 117. t. 2. f. 1.

Caryophyllus saxatilis, floribus gramineis, umbellatis corymbis. *Baub. pin.* 211.

Polygonum majus erectum angustifolium, floribus candidis. *Mentz. pug. t. 2. f. 2.*

Habitat in Gotlandiæ, Borussiæ, Helvetiæ rupibus & Caulis in hac, non in antecedente, ante florescentiam procumbit, hinc folia secunda.

perfoliata.

6. GYPSOPHILA foliis ovato-lanceolatis semiamplexicaulibus.

Saponaria foliis lanceolatis, calycibus campanulatis angulatis. *Hort. cliff.* 165.

Spergula multiflora, foliis inferioribus saponariæ, superioribus behen similibus. *Dill. elth.* 368. *t. 276. f. 357*

Habitat in Hispania & Oriente.

rigida.

7. GYPSOPHILA foliis lineari-lanceolatis planis, caule dichotomo, pedunculis bifloris, petalis emarginatis. *Gen. nov.* 1103.

Saponaria caule dichotomo, foliis subulatis planis. *Hort. cliff.* 445. *Roy. lugdb.* 445.

Saponaria caule brachiato, capillaceo folio, calyce campanulato, floribus sparsis. *Sauv. monsp.* 145.

Tunica minima. *Dalech. hist.* 1191.

Habitat Monspeli et forte in Belgio. &

muralis.

8. GYPSOPHILA foliis linearibus planis, caule dichotomo, petalis crenatis. *Gen. nov.* 1103.

Saponaria calycibus pentaphyllis, corollis crenato-emarginatis, foliis subulatis planis. *Fl. suec.* 347. *Sauv. monsp.* 144.

Saponaria foliis linearibus. *Fl. lapp.* 171.

Caryophyllus minimus muralis. *Baub. pin.* 211.

Lychnis parva palustris, foliis acutis lanceolatis, flosculis purpureis. *Mentz pug. t. 7. f. 4.*

Habitat in Suecia, Germania, Helvetia ad vias. ☉

Similis Diantho saxifrago, at caret squamis calycinis.

SAPONARIA.

afficinalis.

1. SAPONARIA calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 165. *Hort. ups.* 106. *Mat. med.* 214. *Roy. lugdb.* 444. *Gron. virg.* 160. *Gort. gelr.* 245.

Saponaria major lævis. *Baub. pin.* 206.

Saponaria vulgaris. *Cam. epit.* 152.

hybrina.

β. Saponaria concava anglica. *Baub. pin.* 206. *Moris. hist.* 2. p. 548. f. 5. t. 22. f. 52.

Gen-

- Gentiana folio convoluto. *Baub. hist. 3. p. 521.*
Habitat in Europa media. 2
2. SAPONARIA calycibus pyramidatis quinquangularibus, foliis ovatis acuminatis sessilibus. *Hort. cliff. 166. Hort. ups. 107. Roy. lugdb. 443. Guet. stamp. 287. Sauv. monsp. 153.*
Vaccaria.
 Lychnis segetum rubra, foliis perfoliatis. *Baub. pin. 204.*
Vaccaria. Dod. pempt. 104.
48. EUPHORBIA umbella multifida: dichotoma, involu- ^{*Esula.*} cellis subcordatis, petalis subbicornibus, ramis sterilibus foliis uniformibus. *Diss. euph.* 48. *

Euphorbia inermis, foliis lanceolato-linearibus, involucri universalis foliis quinque ovato-acutis, partialis semiorbiculatis. *Hort. ups.* 141. *Sauv. monsp.* 47.

Euphorbia inermis, foliis ligulatis patulis ad umbellam quinque ovato-oblongis acutis, bracteis trigonis. *Sauv. monsp.* 51?

Tithymalus lithospermi majoris folio. *Magn. monsp.* 304?

Esula minor. *Dalech. hist.* 1653. *Dod. pempt.* 374.

Habitat in Germania, Belgio, Gallia. ♀

Flores omnes fertiles: petala flavescentia, 4, obsolete bicornia? Fructus glaber. Umbellae caulis laterales dichotomae.

49. EUPHORBIA umbella multifida: dichotoma, invo- ^{*Cyparissias.*} lue cellis subcordatis, ramis sterilibus foliis setaceis, caulinis lanceolatis. *Diss. euph.* 49. *

Euphorbia inermis, foliis confertis linearibus, umbella universalis multifida, partialibus dichotomis: foliolis subrotundis. *Hort. cliff.* 199. * *Hort. ups.* 142. *

Roy. lugdb. 197. *Dalib. paris.* 155. *Gort. gelr.* 105.

Tithymalus cyparissius. *Bauh. pin.* 291. *Dalech. hist.* 1644.

Tithymalus cypressinus. *Tabern. hist.* 990.

Habitat in Misnia, Bohemia, Helvetia, G. Narbonensi.

50. EUPHORBIA umbella suboctifida: bifida, involu- ^{*Myrsinites.*} cellis subovatis, foliis spatulatis patentibus carnosissimis mucronatis margine scabris. *Diss. euph.* 52.

Euphorbia inermis, foliis superioribus reflexis latioribus lanceolatis, umbella universalis trifida, partialibus bifidis. *Hort. cliff.* 199. *Hort. ups.* 141. Eu-

Euphorbia inermis, foliis ligulatis spinula terminatis, ad umbellam duodenis, bracteis trigonis spinula terminatis. *Sauv. monsp.* 51.

Tithymalus myrsinites latifolius. *Baub. pin.* 296.

Tithymalus myrsinites legitimus. *Clus. hist.* 2. p. 189.

Habitat in Calabria, Monspelii. ♀

Caules multi, pedales, deflexi, virides, inferne a casu foliorum cicatrifati. Folia alterna, spathulata, coriacea, concava, glauco-viridia, patentia, mucronata, margine subscabra, superiora reflexa. Umbella 7-9 fida, radiis semel bifidis. Involucrum universale foliolis 7-9, ovatis, tenuioribus, acutis; Involucella diphylla, subcordata, latiora, concava, acuta, margine subscabra. Flores intra involucella primaria & secundaria masculi, reliqui hermaphroditi. Calyces ore serrati. Petala 4, flava, bicornia apicibus teretibus nitentia. Capsulae glabrae.

palustris.

51. EUPHORBIA umbella multifida: subtrifida: bifida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis, ramis sterilibus. *Diff. euph.* 47. *

Euphorbia foliis lanceolatis, umbella universali multifida polyphylla, partialibus trifidis triphyllis, propriis dichotomis. *Hort cliff.* 200. *Fl. suec.* 438. * *Mat. med.* 255. *Roy. lugab.* 198. *Dalib. paris.* 153. *Gort. gelr.* 307.

Tithymalus palustris fruticosus. *Baub. pin.* 292.

Esula major. Dalech. hist. 1653.

Habitat in Suecia australi, Germania, Belgio. ♀

hyberna.

52. EUPHORBIA umbella sexfida: dichotoma, involucellis ovalibus, foliis integerrimis, ramis nullis, capsulis verrucosis. *Diff. euph.* 50.

Tithymalus latifolius hispanicus. *Baub. pin.* 291. *Tabern. hist.* 987.

Tithymalus hibernicus, vasculis muricatis erectis. *Dill. elth.* 387. t. 290. f. 374.

Habitat in Hibernia, Sibiria, Austria, Pyrenæis. ♀

Dendroides.

53. EUPHORBIA umbella multifida: dichotoma, involucellis subcordatis: primariis triphyllis, caule arboreo. *Diff. euph.* 51.

Tithymalus myrtifolius arboreus. *Baub. pin.* 290.

Tithymalus dendroides. *Cam. epit.* 965.

Habitat in Italia, Creta, Insulis Stæchadum. ♀

54. EUPHORBIA umbella multifida: dichotoma, involu- *Amygdaloi-*
 lucellis perfoliatis orbiculatis, foliis obtusis. *Diff. des,*
euph. 46.

Tithymalus characias amygdaloides. *Bauh. pin. 290.*
Habitat in Gallia, Germania.

55. EUPHORBIA umbella multifida: dichotoma, involu- *sylvatica.*
 lucellis perfoliatis subcordatis, foliis lanceolatis inte-
 gerrimis. *Diff. euph. 45.*

Tithymalus sylvaticus, lunato flore. *Bauh. pin. 290.*
Morif. hist. 3. p. 335. f. 10. t. 1. f. 3. Barr. ic. 830.
839. 829.

Tithymalus lunato flore. *Col. euphr. 2. p. 57. t. 57.*
Habitat in Germania, Gallia, Hispania, Italia. b

56. EUPHORBIA umbella multifida: bifida, involu- *Characias.*
 lucellis perfoliatis emarginatis, foliis integerrimis, caule
 frutescente. *Diff. euph. 44.*

Euphorbia inermis, foliis lanceolatis, umbella univer-
 sa multifida, partialibus dichotomis, involucris semi-
 bifidis perfoliatis *Hort. cliff. 199. Hort. ups. 142. **
Roy. lugdb. 197.

Tithymalus characias rubens peregrinus. *Bauh. pin. 290.*

Tithymalus characias 1. *Clus. hist. 2. p. 188.*

Tithymalus foliis pini. *Bauh. pin. 292.*

Habitat in Gallia, Hispania, Italia. b

Caules quadripedales, fruticosi, secundum annos ramosi,
 crassitie digiti. Rami annotini superne crassiores, sub-
 villosi, infra folia adpersi cicatricibus transversis. Ra-
 mus florifer primo vere ex apice ramorum excrescit,
 fruticat, perit, cum ad latera baseos novi rami prode-
 unt. Folia lanceolata, coriacea, subtomentosa, viridia,
 reflexa nervo utrinque elevato, versus flores latiora
 obtusiora. Umbella parva, conferta, terminalis, ses-
 silis: Radiis numerosis semel bifidis. Involucrum u-
 niversale polyphyllum, sublanceolatum, parvum, refle-
 xum; Involucella perfoliata, semibifida. Flores intra
 involucella primaria masculi, reliqui hermaphroditi;
 omnes Petalis 4, purpureis, humidis. Germina vil-
 losa.

PENTAGYNIA

GLINUS.

1. GLINUS.

Alfene lotoides sicula. *Bocc. sic. 21, t. 11. Morif. hist. 2.*
p. 552.

lotoides.

Alli-

Alfne heliotropio cognata. *Cup. cath.*

Portulacabætica, luteo flore, spuria aquatica. *Barr. rar.*
478. t. 336.

Habitat in Sicilia, Hispania ad fossas.

DODECAGYNIA.

SEMPERVIVUM.

arboreum.

1. **SEMPERVIVUM** caule arborecente lævi ramofo.
Sempervivum caule inferne nudo lævi ramofo. *Hort.*
cliff. 179. *Hort. ups.* 118. *Roy. lugdb.* 456.
Sedum majus arborefcens, flofculis candidis. *Bauh. pin.*
282.

Sedum majus legitimum. *Clus. hift.* 2. p. 58.

Habitat in Lusitania, Creta, Corcyra, Zacintho. b.

canariense.

2. **SEMPERVIVUM** caule foliorum ruderibus lacero,
foliis retufis.

Sempervivum caule infra folio lacero, foliis cuneiformibus: fummis subrotundis. *Hort. cliff.* 179. *Roy. lugdb.* 457.

Sedum canarium, foliis omnium maximis. *Comm. hort.*
2. p. 189. t. 95.

Sedum majus canarinum acaulon, pilis ad oras foliorum hispidis. *Pluk. alm.* 340. t. 314. f. 1. *Raj. suppl.* 362.

Habitat in Canariis. b

tectorum.

3. **SEMPERVIVUM** foliis ciliatis, propaginibus patentibus.

Sempervivum foliis radicalibus carnofis ciliatis, caulibus imbricatis membranaceis, corymbo racemoso reflexo. *Hort. cliff.* 179. *Fl. suec.* 375. *Mat. med.* 222. *Roy. lugdb.* 457.

Sempervivum majus alterum f. Barba jovis. *Dod. pempt.* 127.

Sedum majus vulgare. *Bauh. pin.* 283.

Habitat in Europæ tectis & collibus. 2

globiferum.

4. **SEMPERVIVUM** foliis ciliatis, propaginibus globosis.

Sempervivum foliis radicalibus in globum congestis ciliatis, propaginibus globosis. *Hort. cliff.* 180. *Roy. lugdb.* 457.

Sedum majus vulgari fimile, globulis decidentibus.

Morij. hift. 3. p. 472. f. 12. t. 7. f. 18.

Sedum vulgari magno simile. *Baub. hist.* 3. p. 688.
Habitat in Rutheno D. Gmelin. 2

5. SEMPERVIVUM foliis pilis intertextis, propagini-^{arachnoide-}
 bus globosis. ^{um.}

Sempervivum foliis radicalibus in globum congestis: vil-
 lis reticulatim connexis. *Hort. cliff.* 180. * *Roy.*
lugdb. 457.

Sempervivum rubrum montanum gnaphaloides. *Col.*
ecphr. 1. p. 292 t. 291.

Sedum montanum tomentosum. *Baub. pin.* 284.
Habitat in Alpibus Italiae, Helvetiae. 2

6. SEMPERVIVUM foliis integerrimis, propaginibus ^{montanum,}
 patulis.

Sedum rosulis liberis, foliis laevibus. *Hall. helv.* 393.

Sedum alpinum, rubro magno flore. *Baub. pin.* 284.

Sedum majus montanum, foliis non dentatis, floribus
 rubentibus. *Baub. pin.* 283.

Sedum minus, flore rubente. *Best. cyst. vern.* 6. t. 8.
 f. 2.

Habitat in rupibus Helvetiae. 2

Classis XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

CACTUS.

Echino Melocacti subrotundi.

- mammilla-*
vis. 1. CACTUS subrotundus tectus tuberculis ovatis barbatis. *Hort. cliff.* 181. *Hort. upf.* 119. *Roy. lugdb.* 278. EchinoMelocactus minor lactescens, tuberculis f. mammillis majoribus. *Herm. par.* 136. t. 136. Ficoides f. Melocactus mammillaris glabra sulcis carens fructum suum undique fundens. *Pluk. alm.* 148. t. 29. f. 1. Ficoides f. Ficus americana sphaerica tuberculata lactescens, flore albo. *Comm. hort.* 1. p. 105. t. 55. *Habitat in Americae calidioris rupibus.* †
- Melocactus.* 2. CACTUS subrotundus quatuordecim-angularis. *Hort. cliff.* 181. *Hort. upf.* 119. *Roy. lugdb.* 297. = (279) Melocactus indiae occidentalis. *Bauh. pin.* 384. EchinoMelocactus. *Clus. exot.* 92. t. 92. *Habitat in Jamaica, America calidiore.* †
* Cerei erecti stantes per se.
- heptagonus.* 3. CACTUS erectus oblongus septemangularis. *Hort. cliff.* 181. * *Roy. lugdb.* 279. *Habitat in America.* †
- tetragonus.* 4. CACTUS quadrangularis longus erectus: angulis compressis. *Hort. cliff.* 181. *Hort. upf.* 119. *Roy. lugdb.* 280. Cereus erectus minor, fructu spinoso, costarum numero varians. *Herm. par.* 117. *Habitat in Curacao, America calidiore.* †
- hexagonus.* 5. CACTUS erectus sexangularis longus. *Hort. cliff.* 181. *Hort. upf.* 119. *Roy. lugdb.* 279. Cereus surinamensis. *Eph. N. C.* 3. p. 394. t. 7. 8. Cereus erectus altissimus surinamensis. *Herm. par.* 116. *Raj. dendr.* 23. *Habitat Surinami.* †

6. CACTUS subquingularis erectus longus articu-*pentagonus.*
latus. *Hort. cliff.* 182. * *Roy. lugdb.* 280.
Habitat in America.

7. CACTUS erectus longus octangularis: angulis com-*repandus.*
pressis undatis, spinis lana longioribus. *Hort. cliff.*
182. *Roy. lugdb.* 279.
Habitat in America calidiore. †

8. CACTUS erectus longus subnovemangularis: angulis *lanuginosus.*
obsoletis, spinis lana brevioribus. *Hort. cliff.* 182.
Roy. lugdb. 279.

Cereus curassavicus erectus maximus, fructu rubro non
spinoso, lanugine flavescente. *Herm. par.* 115. t. 115.
Habitat in Curacao. †

9. CACTUS erectus longus suboctangularis: angulis ob-*peruvianus.*
tusis. *Hort. cliff.* 181. *Hort. upf.* 120. *Roy. lugdb.* 279.

Cereus erectus, fructu rubro non spinoso. *Herm. par.*
114.

Cereus peruvianus spinosus, fructu rubro nucis magnitu-
dine. *Baub. pin.* 458.

Euphorbii arbor cerei effigie. *Lob. ic.* 2. p. 25.

Habitat in Jamaicae, Peru apricis aridis maritimis. †

10. CACTUS erectus articulatus sub-decangularis: ar-*Royeni.*
ticulis subovatis, spinis lanam æquantibus. *Roy. lugdb.*
279.

Habitat in America. †

* *Cerei repentes radiculis lateralibus.*

11. CACTUS repens subquingularis. *grandiflorus.*

Cactus scandens, angulis quinque pluribusque obtusis.

Hort. cliff. 182. *Hort. upf.* 121. * *Roy. lugdb.* 280.

Cereus americanus major articulatus, flore maximo no-
cte se aperiente s. suavissimum odorem spirante. *Volk.*

hesp. 1. p. 133. t. 234.

Habitat in Jamaica, VeraCruce. †

12. CACTUS repens decemangularis.

Cactus scandens, angulis decem obsoletis. *Hort. upf.*

121.

Cereus minor scandens polygonus spinosissimus, flore
purpureo. *Erhet. tab.* 2. f. 2.

Ficoides americanum s. *Cereus minima* serpens ameri-
cana. *Pluk. alm.* 148. t. 158. f. 6.

Habitat in America calidiore. †

*flagellifor-
mis.*

- triangularis.* 13. CACTUS repens triangularis.
 Cactus triangularis scandens articulatus. *Hort. cliff.*
 182. *Hort. upf.* 121. *Roy. lugdb.* 280.
 Ficoides americanum, f. Cereus erectus cristatus, fo-
 liis triangularibus profunde canaliculatis. *Pluk. alm.*
 147. t. 29. f. 3.
Habitat in Brasilia, Jamaica.
- * *Opuntia compressæ articulis proliferis.*
- moniliformis.* 14. CACTUS articulato-prolifer, articulis globosis spi-
 nosis glomeratis.
 Melocactus, ex plurimis globulis opuntia modo na-
 scentibus, spinosissimus. *Plum. spec.* 20.
Habitat in America calidiore. ♪
- Opuntia.* 15. CACTUS articulato-prolifer, articulis ovatis, spi-
 nis setaceis.
 Cactus compressus articulatus ramosissimus, articulis o-
 vatis: spinis setaceis. *Hort. cliff.* 183. *Hort. upf.* 120.
Gron. virg. 54. *Roy. lugdb.* 280.
 Opuntia vulgo herbariorum. *Bauh. hist.* 1. p. 154.
 Ficus indica, folio spinoso, fructu majore. *Bauh. pin.* 458.
Habitat in Amerlca, Peru, Virginia, nunc in Hispania,
Lusitania. ♪. ♫.
- Ficus indica.* 16. CACTUS articulato-prolifer, articulis ovato-oblon-
 gis, spinis setaceis.
 Cactus compressus articulatus ramosus, articulis ovato-
 oblongis: spinis setaceis *Hort. cliff.* 183. *Hort. upf.*
 120. *Roy. lugdb.* 280.
Habitat in America calidiore. ♪
- Tuna.* 17. CACTUS articulato: prolifer, articulis ovato-oblon-
 gis: spinis subulatis.
 Cactus compressus articulatus ramosus, articulis ovato-
 oblongis, spinis subulatis. *Hort. cliff.* 183. *Hort. upf.*
 120. *Roy. lugdb.* 280.
 Tuna major, spinis validis flavicantibus, flore gibbo.
Dill. elth. 396. t. 295. f. 238.
 Opuntia major, folio oblongo rotundo: spinis longis
 & validissimis, flore luteo. *Sloan. jam.* 103. *hist.* 2. p.
 149. t. 224. f. 1.
Habitat in Jamaica & America calidiore. ♪
- zachenillifer* 18. CACTUS articulato-prolifer: articulis ovato-oblon-
 gis subinermibus.
 Cactus compressus articulatus ramosus, articulis ovato-
 oblongis subinermibus. *Hort. upf.* 121. Tu-

- Tuna mitior, flore sanguineo, cochinillifera. *Dill. eltb.*
399. t. 297. f. 383.
- Ficus indica major lævis f. spinosa vermiculos profe-
rens. *Pluk. alm.* 146. t. 281. f. 383.
- Opuntia maxima, folio oblongo rotundo majore spinu-
lis nonnullis & innocentibus obsito. *Sloan. jam.* 194.
bist. 2. p. 152. t. 8. f. 1. 2.
- Habitat in Jamaica & America calidiore. b*
19. CACTUS articulato-prolifer, articulis cylindrico-^{curassavicus.}
ventricosus compressis.
Cactus tereti-compressus articulatus ramosus. *Hort. cliff.*
182. *Hort. ups.* 120. *Roy. lugdb.* 280.
- Ficus indica f. Opuntia curassavica minima. *Comm. hort.*
1. p. 107. t. 56.
- Ficus indica f. Opuntia minor caulescens arbusculæ in
modum, ramis cineritiis spinosissima. *Pluk. alm.* 147.
t. 281. f. 3.
- Habitat in Curacao. b.*
20. CACTUS prolifer ensiformi-compressus ferrato-re-^{Phyllanthus.}
pandus.
Cactus foliis ensiformibus obtuse ferratis. *Hort. cliff.*
183. *Roy. lugdb.* 281.
- Cereus scolopendri folio brachiato. *Dill. eltb.* 73. t. 64.
f. 74.
- Phyllanthos americana, sinuosis foliis longis. *Pluk. alm.*
296. t. 247. f. 5.
- Habitat in Brasilia, Surinamo, Americæ meridionali. b*
21. CACTUS caule tereti arboreo spinoso, foliis lanceo-^{Pereeskia.}
lato-ovatis. *Hort. ups.* 122.
- Pereeskia. *Hort. cliff.* 122. *Roy. lugdb.* 281.
- Pereeskia aculeata, flore albo, fructu flavescente. *Plum.*
gen. 37. *Dill. eltb.* 305. t. 227. f. 294.
- Malus americana spinosa, portulacæ folio, fructu folio-
so, semine reniformi splendente. *Comm. hort.* 1. p.
135. t. 70.
- Portulaca americana latifolia ad foliorum ortum lanugi-
ne obducta, longioribus aculeis horrida. *Pluk. alm.*
135. t. 215. f. 6.
- Habitat in America calidiore, Jamaica, Margaretha. b*
22. CACTUS caule tereti arboreo spinoso, foliis cunei-^{portulacifolius.}
formibus retusis.
Opuntia arbor spinosissima, foliis portulacæ cordatis.
Pluk. spec. 6.

Habitat in America calidiore. †

Fructus hujus minime foliis adpersus, uti præcedentis.

PHILADELPHUS.

coronarius.

1. PHILADELPHUS foliis subdentatis,
 Philadelphus. *Hort. cliff.* 188. *Hort. upf.* 122.
 Syringa alba f. Philadelphus athenæi. *Bauh. pin.* 399.
 Frutex coronarius. *Clus. hist.* 1. p. 55.
Habitat in - - - †
 Flos primarius quinquesidus calyce, corolla, pistillo, capsula. *Phil. bot.* 178

inodorus.

2. PHILADELPHUS foliis integerrimis.
 Philadelphus flore albo majore inodoro. *Catesb. car.* 2.
 p. 84. t. 84
Habitat in Carolina. †

PSIDIUM.

Guajava.

1. PSIDIUM.
 Psidium ramis tetragonis. *Hort. upf.* 122.
 Psidium caule quadrangulo. *Hort. cliff.* 184. *Fl. zeyl.*
 192.
 Guajava alba acida, fructu rotundiore. *Pluk. atm.* 181.
 t. 193. f. 4.
 β. Guajava alba dulcis. *Comm. hort.* 1. p. 121. t. 63.
Habitat in India. †

EUGENIA.

malaccensis.

1. EUGENIA foliis integerrimis, pedunculis ramosis lateralibus. *Fl. zeyl.* 187.
 Persici officulo fructus malaccensis rubens. *Bauh. pin.*
 441.
 Nati-schambu. *Rheed. mal.* 1. p. 29. t. 18. *Raj. hist.* 1478.
Habitat in India. †

Jambos.

2. EUGENIA foliis integerrimis, pedunculis ramosis terminalibus. *Fl. zeyl.* 188. *
 Persici officulo fructus malaccensis ex candido rubescens. *Bauh. pin.* 441.
 Malacca schambu. *Rheed. mal.* 1. p. 27. t. 17. *Raj. hist.* 1478.
Habitat in India. †

uniflora.

3. EUGENIA foliis integerrimis, pedunculis unifloris lateralibus. *Fl. zeyl.* 189.

Eugenia. *Roy. lugdb.* 265.

Eugenia indica, myrti folio deciduo, flore albo, fructu
suaverubenti molli leviter sulcato & odoro. *Mich.*
gen. 226. t. 108.

Myrtus indica, foliis rigescentibus latis ac recurvis pa-
rum odoratis. *Till. pis.* 117. t. 44.

Habitat in India. †

4. EUGENIA foliis crenatis, pedunculis terminalibus, *acutangula*,
pomis oblongis acutangulis. *Fl. zeyl.* 190. *

Tieria-samstravadi. *Rheed. mal.* 4. p. 51. t. 7. *Raj.*
hist. 1480.

Habitat in India. †

5. EUGENIA foliis crenatis, racemis longissimis, po-*racemosa*.
mis ovatis. *Fl. zeyl.* 191. *

Samstravadi s. Caibatsumbu. *Rheed. mal.* 4. p. 11. t.
16. *Raj. hist.* 1479.

Habitat in India. †

MYRTUS.

1. MYRTUS floribus solitariis: involuero diphylo, *Hort. communis*,
cliff. 42. *Hort. upf.* 123. *Mat. med.* 224. *Roy. lugdb.* 269.

Myrtus communis italica. *Bauh. pin.* 468.

6. Myrtus bætica latifolia 1. 2. *Bauh. pin.* 469. *Clus. bætica*,
hist. 1. p. 65.

7. Myrtus minor vulgaris. *Bauh. pin.* 469.

tarentina.

8. Myrtus foliis minimis & mucronatis. *Bauh. pin.* 469.

mucronata.

9. Myrtus sylvestris, foliis acutissimis. *Bauh. pin.* 469.

acutifolia.

10. Myrtus angustifolia bætica. *Bauh. pin.* 469.

angustifolia

11. Myrtus latifolia belgica. *Bauh. pin.* 469.

belgica.

12. Myrtus latifolia romana. *Bauh. pin.* 468.

romana.

Habitat in Europa australi, Asia, Africa. †

2. MYRTUS floribus solitariis, pedunculis nudis, petala-*brasiliana*.
lis subciliatis.

Arbor brasiliana, myrti laureæ foliis inodoris. *Comm.*
hort. 1. p. 173. t. 89.

Habitat in Brasilia. *D. Wachend.* †

Folia ovata, obtusa, petiolata, glabra, opposita. Flores
solitarii, axillares, pedunculati, pedunculo aphylo.
Corollæ petala 4. s. 5, lacero-ciliata, obverse ovata,
concaeva, reflexa. Stamina circiter 40.

3. MYRTUS pedunculis multifloris, foliis lanceolato-*cumini*,
ovatis. *Fl. zeyl.* 185. *

Habitat in Zeylona. †

4. MYR-

- Zeylanica.* 4. MYRTUS pedunculis multifloris, foliis ovatis subpetiolatis.
Myrtus foliis ovatis acuminatis obtusiusculis. *Fl. zeyl.* 182. *
Myrtus zeylanica odoratissima, baccis niveis monococis. *Herm. lugdb.* 434. t. 435.
Myrtoides foliis ovatis. *Hort. cliff.* 489. *Roy. lugdb.* 535.
Habitat in Zeylona. †
- androsamoides.* 5. MYRTUS pedunculis multifloris, foliis subovalibus sessilibus. *Fl. zeyl.* 184. *
Habitat in Zeylona. †
- caryophyllata.* 6. MYRTUS pedunculis multifloris, foliis obovatis. *Fl. zeyl.* 183. *Mat. med.* 225.
Caryophyllus aromaticus ind. occid. foliis & fructu rotundis. *Pluk. alm.* 188. t. 155. f. 3.
Habitat in Zeylona. †
- Pimenta.* 7. MYRTUS foliis alternis. *Fl. zeyl.* 186. *Mat. med.* 225.
Myrtus calycibus absque appendiculis. *Hort. cliff.* 501.
Myrtus arborea aromatica, foliis laurinis. *Sloan. jam.* 161, *hist.* 2. p. 76. t. 191. f. 1.
Caryophyllus aromaticus americanus, lauri acuminatis foliis, fructu orbiculari. *Pluk. alm.* 88. t. 155. f. 4.
Habitat in India. †

PUNICA.

- Granatum.* 1. PUNICA. *Hort. cliff.* 134. *Hort. ups.* 122. *Mat. med.* 223. *Roy. lugdb.* 267.
Malus punica sylvestris. *Baub. pin.* 438.
Malus punica fativa. *Baub. pin.* 438.
Malus punica. *Cam. epit.* 130. 131.
β. Balauſtia flore pleno majore & minore. *Baub. pin.* 438.
Habitat in Hispania, Italia, Mauritania solo cretaceo. †

AMYGDALUS.

- Persea.* 1. AMYGDALUS foliorum ferraturis omnibus acutis.
Hort. cliff. 189. *Hort. ups.* 123. *Mat. med.* 230.
Roy. lugdb. 267.
Persica molli carne & vulgaris. *Baub. pin.* 440.
Persica rubra. *Cam. epit.* 145.
β. Nucipersica, quæ nucum juglandium faciem representat. *Baub. pin.* 440. *Raj. hist.* 1516.
Habitat - - - †

2. AMYGDALUS foliis petiolatis: ferraturis infimis *communis.*
glandulosis. *Hort. cliff.* 186. *Hort. ups.* 123. *Mat.*
med. 229. *Roy. lugdb.* 267.

Amygdalus sylvestris. *Baub. pin.* 442.

β. *Amygdalus fativa.* *Baub. pin.* 441.

Amygdalus. *Dod. perempt.* 798.

γ. *Amygdalus amara.* *Tournef. inst.* 627.

Habitat in Mauritaniæ sepibus. †

3. AMYGDALUS foliis petiolatis basi attenuatis. *Hort. nana.*
cliff. 186. *Hort. ups.* 124. *Roy. lugdb.* 267.

Amygdalus indica nana. *Pluk. alm.* 28. t. 11. f. 3.

Armeniaca persicæ foliis, fructu exsucco. *Amia. rath.*

273. t. 30?

Habitat in Asia septentrionali?

PRUNUS.

1. PRUNUS floribus racemosis, foliis deciduis basi sub- *Padus.*
tus biglandulosis.

Padus glandulis duabus basi foliorum subjectis. *Hort.*
cliff. 185. *Fl. suec.* 396. *Roy. lugdb.* 269. *Hall.*
helv. 397.

Padus foliis annuis. *Fl. lapp.* 198.

Cerasus racemosa sylvestris, fructu non eduli. *Baub.*
pin. 451.

Habitat in Europa. †

2. PRUNUS floribus racemosis, foliis deciduis basi anti- *Virginiana.*
ce glandulosis.

Cerasus sylvestris, fructu nigricante in racemis longis
pendulis phytolacæ instar congestis. *Gron. virg.* 54. 75, 76
Roy. lugdb. 537.

Cerasi similis arbuscula mariana, padi folio, flore albo
parvo racemoso. *Pluk. mant.* 43. t. 339. *Catesb.*
car. 1. p. 28. t. 28.

Habitat in Virginia. †

3. PRUNUS floribus racemosis, foliis sempervirentibus *lusitanica.*
eglandulosis.

Padus foliis glandula destitutis. *Vir. cliff.* 42. *Hort.*
ups. 126. *Roy. lugdb.* 269.

Padus foliis sempervirentibus ovatis. *Hort. cliff.* 185.

LauroCerasus lusitanica minor. *Dill. elth.* 193. t.
159. f. 193.

Habitat in Lusitania, Pennsylvania. †

- LauroCerasus.* 4. PRUNUS floribus racemosis, foliis sempervirentibus dorso biglandulosis.
 Padus glandulis duabus dorso foliorum innatis. *Vir. cliff.* 42. *Hort. upf.* 126. *Roy. lugdb.* 269.
 Padus foliis sempervirentibus lanceolato-ovatis. *Hort. cliff.* 185.
 Cerasus folio laurino. *Bauh. pin.* 450.
 Laurocerasus. *Clus. hist.* 1. p. 4. *Cam. hort. t.* 23.
Habitat in Trapezunte unde in Europam venit 1576. ♪
- Mahaleb.* 5. PRUNUS floribus corymbosis, foliis ovatis.
 Cerasus foliis ovatis. *Vir. cliff.* 43. *Hall. helv.* 360.
Roy. lugdb. 268. crenatis. *Hort. cliff.* 487.
 Ceraso affinis. *Bauh. pin.* 451.
 Mahaleb. *Cam. epit.* 91.
Habitat in Helvetia. ♪
- Armeniaca.* 6. PRUNUS floribus sessilibus, foliis subcordatis.
 Prunus foliis ovato-cordatis. *Hort. cliff.* 186. *Hort. upf.* 124. *Roy. lugdb.* 268.
 Mala Armeniaca majora. *Bauh. pin.* 442.
 Mala Armeniaca majora, nucleo dulci. *Bauh. pin.* 442.
 Malus Armeniaca minor. *Bauh. pin.* 442.
Habitat - - -
- Sibirica.* 7 PRUNUS floribus sessilibus, foliis ovato-oblongis.
 Armeniaca betulæ folio & facie, fructu exsucco. *Amm. ruth.* 272. t. 29.
Habitat in Sibiria
An haec satis distincta a precedenti?
- Cerasus.* 8. PRUNUS pedunculis simplicibus, foliis ovato-lanceolatis conduplicatis.
 Cerasus foliis ovato-lanceolatis. *Vir. cliff.* 43. *Hort. upf.* 125. *Mat. med.* 233. *Roy. lugdb.* 267. *Hall. helv.* 356.
- caproniana.* α. Cerasus sativa rotunda rubra & acida. *Bauh. pin.* 449.
rosea. β. Cerasus hortensis, flore roseo. *Bauh. pin.* 450.
plena. γ. Cerasus hortensis, flore pleno. *Bauh. pin.* 450.
dulcis. δ. Cerasa alba dulcia. *Bauh. pin.* 450.
juliana. ε. Cerasa carne tenera & aquosa. *Bauh. pin.* 450.
actiana. ζ. Cerasus sylvestris ac major, fructu subdulci: nigro colore inficiente. *Bauh. pin.* 450.
austera. η. Cerasus acidissima sanguineo succo. *Bauh. pin.* 450.
pumila. θ. Cerasus pumila. *Bauh. pin.* 450.
avium. ι. Cerasus racemosa hortensis. *Bauh. pin.* 450.
- κ. Ce-

- γ. Cerasa fativa majora. *Baub. pin. 450.* Bigarella.
 λ. Cerasa crassa carne dura. *Baub. pin. 450.* Duracina.
Habitat in Europa. 5
9. PRUNUS pedunculis simplicibus, foliis lanceolato-*domestica.*
 ovatis convolutis.
 Prunus inermis, foliis lanceolato-ovatis. *Hort. cliff.*
 186. *Hort. upf. 124. Mat. med. 232. Roy. lugdb.*
 268.
 Prunus. *Baub. pin. 443.*
- β. Pruna majora dulcia & parva atro-cærulea. *Baub. pin. Damascena.*
 443. n. 23.
- γ. Pruna magna crassa subacida. *Baub. pin. 443.* hungarica.
 δ. Pruna oblonga cærulea. *Baub. pin. 443.* juliana.
 ε. Pruna nigra: carne dura. *Baub. pin. 443.* perniconia.
 ζ. Pruna coloris ceræ ex candido in luteum pallescente. *cerea.*
Baub. pin. 443.
- η. Pruna magna rubra rotunda. *Baub. pin. 443.* acinaria.
 θ. Pruna rotunda flava dulcia mali amplitudine. *Baub. maliformis.*
pin. 443.
- ι. Pruna angusto maturefcentia minora & austeriora. *Baub. augustana.*
pin. 443.
- κ. Pruna parva præcocia. *Baub. pin. 443.* præcox.
 λ. Pruna parva ex viridi flavescentia. *Baub. pin. 443.* cereola.
 μ. Pruna amygdalina. *Baub. pin. 443.* amygdalina
 ν. Pruneoli albi oblongiusculi acidi. *Baub. pin. 443.* galatensis.
 ο. Pruna ex flavo rufescentia mixti saporis gratissima. *Brignola.*
Baub. pin. 443.
- ξ. Prunus fructu rotundo nigro-purpureo dulci. *Baub. pin. myrobalan.*
 444.
Habitat in Europæ australioris locis elevatis. 5
10. PRUNUS spinosa, foliis lanceolatis. *Hort. cliff. 186. spinosa.*
Fl. suec. 397. Mat. med. 231. Roy. lugdb. 268. Hall.
helv. 355.
 Prunus sylvestris. *Baub. pin. 444. Tabern. ic. 992.*
Habitat in Europæ collibus apricis. 5

DIGYNIA.

CRATÆGUS.

1. CRATÆGUS foliis ovatis inæqualiter ferratis sub-*Arva.*
 tus tomentosus. *Hort. cliff. 187. Fl. suec. 398. Vir.*
cliff. 43. Mat. med. 234. Roy. lugdb. 271. Sauv.
monsp. 306.

Alni

Alni effigie, lanato folio, major. *Bauh. pin.* 452.
 Aria. *Dalech. hist.* 202.

Sorbus alpina. *Bauh. hist.* 1. p. 65.

fuecica. β . *Cratægus inermis* foliis ellipticis ferratis transversaliter
 sinuatis subtus villosis. *Fl. lapp.* 199.

Sorbus sylvestris anglica *Raj. hist.* 1459.

Habitat in Europæ, Helvetiæ, frigidis: β . in Suecia, Anglia. \mathfrak{h}

torminalis. 2. *CRATÆGUS* foliis cordatis septangulis: lobis infimis divaricatis.

Cratægus foliis cordatis acutis: lacinulis acutis ferratis.
Hort. cliff. 187. *Roy. lugdb.* 271. *Sauv. monsp.* 286.

Sorbus torminalis & *Cratægus theophrasti*. *Bauh. hist.* 1. p. 63.

Sorbus torminalis. *Cam. epit.* 162.

Mespilus, apii folio, sylvestris non spinosa f. *Sorbus torminalis*. *Bauh. pin.* 454.

Habitat in Anglia, Germania, Helvetia, Burgundia. \mathfrak{h}

coccinea. 3. *CRATÆGUS* foliis ovatis repando-angulatis ferratis glabris. *Hort. cliff.* 187. *Hort. upf.* 126. *Gron. virg.* 54. *Roy. lugdb.* 272.

Mespilus, apii folio, virginiana spinis horrida, fructu amplo coccineo. *Pluk. alm.* 249. t. 46. f. 4.

Mespilus spinosa f. *Oxyacantha virginiana* maxima. *Angl. hort.* 49. t. 13. f. 1.

Habitat in Virginia, Canada. \mathfrak{h}

Variat cum validis spinis lateralibus & absque spinis.

Crus galli. 4. *CRATÆGUS* foliis lanceolato-ovatis ferratis glabris, ramis spinosis.

Mespilus aculeata pyrifolia denticulata splendens, fructu insigni rutilo, virginensis. *Pluk. alm.* 249. t. 46. f. 1.

Mespilus pruni foliis, spinis longissimis fortibus, fructu rubro magno. *Clayt. virg.* 55.

tomentosa. 5. *CRATÆGUS* foliis cuneiformi-ovatis ferratis subangulatis subtus villosis, ramis spinosis.

Mespilus inermis, foliis ovato oblongis ferratis subtus tomentosus. *Gron. virg.* 55.

Habitat in Virginia. \mathfrak{h}

viridis. 6. *CRATÆGUS* foliis lanceolato-ovatis subtrilobis serratis glabris, caule inermi.

Mespilus inermis, foliis oblongis integris acuminatis serratis parvis utrinque viridibus. *Gron. virg.* 163.

Habitat in Virginia. \mathfrak{h}

7. CRA-

7. CRATÆGUS foliis lanceolatis serratis, caule inermi, *indica*, corymbis squamosis.
Habitat in India. †
Frutex ramis inermibus. Folia lato-lanceolata, obtuse serrata, crassiuscula, petiolata. Corymbi terminales pedunculis squamosis, bracteis subulatis.
8. CRATÆGUS foliis obtusis bitrifidis serratis. *Hort. Oxyacantha, cliff. 188. Fl. suec. 399. Roy. lugdb. 272.*
Mespilus, apii folio, sylvestris spinosa f. Oxyacantha. Baub. pin. 454.
Oxyacantha f. Spina acuta. Dod. pempt. 751
Habitat in Europæ pratis apricis duris. †
9. CRATÆGUS foliis obtusis bitrifidis subdentatis. *Azarolus,*
Mespilus apii folio laciniato. Baub. pin. 453.
Mespilus Aronia veterum. Baub. hist. 1. p. 67.
- β. Mespilus orientalis, apii folio, subtus hirsuto. *Pock. Aronia, orient. 189. t. 85.*
Habitat Florentiæ, Monspelii. †
Differre videtur ab Oxyacantha sola magnitudine, ut Sorbus domestica a sylvestri; in hac quadruplo majora omnia; spinæ in culta pauciores & sæpe nullæ.

TRIGYNIA.

SORBUS.

1. SORBUS foliis pinnatis utrinque glabris. *Hall. helv. aucuparia, 250.*
Sorbus foliis pinnatis. Hort. cliff. 188. Fl. suec. 400.
Mat. med. 235. Roy. lugdb. 274.
Sorbus sylvestris, foliis domesticæ similis. Baub. pin. 415.
Sorbus sylvestris. Cam. epit. 161.
Habitat in Europæ frigidioribus. †
2. SORBUS foliis pinnatis subtus tomentosus. *Hall. helv. domestica, 351*
Sorbus fativa. Baub. pin. 415.
Sorbus legitima. Clus. 1. p. 10.
Habitat in Europæ calidioribus. †

PENTAGYNIA.

MESPIIUS.

- germanica.* 1. MESPILUS inermis, foliis lanceolatis integerrimis subtus tomentosus, calycibus acuminatis. *Hort. cliff.* 189. *Hort. ups.* 129. *Mat. med.* 236. *Roy. lugdb.* 270. *Bœhm. lips.* 174.
Mespilus germanica, folio laurino non ferrato. *Baub. pin.* 453.
Mespilus. *Dod. pempt.* 801.
- β. Mespilus, folio laurino, major. *Baub. pin.* 453.
Habitat in Europa australi. †
- Pyracantha.* 2. MESPILUS spinosa, foliis lanceolato-ovatis crenatis, calycibus fructus obtusis. *Hort. cliff.* 189. *Vir. cliff.* 44. *Roy. lugdb.* 271.
Oxyacantha dioscoridis f. Spina acuta, pyri folio. *Baub. pin.* 454.
Uva ursi. *Dalech. hist.* 164.
Habitat in Galloprovincia, Italiae sepibus. †
- arbutifolia.* 3. MESPILUS inermis, foliis lanceolatis crenatis subtus tomentosus. *Hort. cliff.* 189. *Roy. lugdb.* 271.
Sorbus virginiana, folio arbuti. *Herm. lugdb.* 578. t. 669.
Sorbus aucuparia virginiana, foliis arbuti, *Breyn. prodr.* 1. p. 15.
Habitat in Virginia. †
- Amelanchier* 4. MESPILUS inermis, foliis ovalibus ferratis, cauliculis hirsutis.
Mespilus inermis, foliis ovalibus ferratis acutis. *Hort. cliff.* 189. *Roy. lugdb.* 271.
Alni affigie, lanato folio, minor. *Baub. pin.* 452.
Vitis idæa III. *Clus. hist.* 1. p. 75.
Habitat in Helvetia, Austria, Galloprovincia. †
Tenella adhuc herba ramis petiolis pedunculis foliis subtus villosa-tomentosa est, adulta fructifera glabra lanam exuit.
- canadensis.* 5. MESPILUS inermis, foliis ovato-oblongis glabris ferratis, caule inermi.
Mespilus inermis, foliis subtus glabris obverse-ovatis. *Gron. virg.* 54.
Habitat in Virginia, Canada. †

6. MESPILUS foliis ovatis integerrimis. *Hort. cliff.* *Cotoneaster.*
 189. *Fl. suec.* 403. *Roy. lugdb.* 271. *Hall. helv.* 352.
 Cotoneaster folio rotundo non serrato. *Bauh. pin.* 452.
 ChamæMespilus gesneri. *Clus. hist.* 1. p. 60.
 ChamæMespilus cordi. *Bauh. pin.* 452.
Habitat in Europæ frigidioris collibus apricis inque Pyreneis, Ararat. b

7. MESPILUS inermis, foliis ovalibus serratis glabris, *Chamæ Mespilus.*
 floribus capitatis, bracteis deciduis linearibus.
 Cratægus foliis ovalibus utrinque glabris plicatis indivi-
 sis serratis. *Hort. cliff.* 497. *Vir. cliff.* 43. *Roy. lugdb.*
 272. *Hall. helv.* 353.
 Cotoneaster folio oblongo serrato. *Bauh. pin.* 452.
 Cotoneaster forte gesneri. *Clus. hist.* 1. p. 63.
Habitat in alpibus Austriacis, Pyrenaicis. b
 Folia pruni argute serrata serraturis versus apicem in-
 flexis tenuissimis, utrinque nuda. Stipulæ lineares,
 petiolis longiores, deciduæ. Corymbus ex alis pedun-
 culatus, conglobatus in capitulum, pedunculo subvil-
 loso, foliis dimidio brevior. Bractææ inter flores line-
 ares, flore longiores, coloratæ, deciduæ.

PYRUS.

1. PYRUS foliis serratis, foliis basi productis. *Hort. cliff.* *communis.*
 190. *Hort. upf.* 130. *Fl. suec.* 401. *Roy. lugdb.* 266.
Hall. helv. 351.
 Pyrus sylvestris. *Bauh. pin.* 439. *Dod. pempt.* 351. *Pyrafter.*
 β Pyrus Bergamotta gallis. *Bauh. hist.* 1. p. 45. *falerna.*
 γ Pyrus boni christiani. *Bauh. hist.* 1. p. 44. *pompejana.*
 δ Pyrus jesu s. moïchatellina rubra. *Bauh. hist.* 1. p. 44. *favonia.*
 ε Pyra dorfalia eademque liberalia dicta. *Bauh. hist.* 1. p. *Volema.*
 53.
Habitat in Europa. b

2. PYRUS foliis serratis, pomis basi concavis. *Hort. cliff.* *Malus.*
 189. *Hort. upf.* 130. *Fl. suec.* 402. *Mat. med.* 237.
Roy. lugdb. 266. *Hall. helv.* 351.
 Malus sylvestris. *Bauh. pin.* 435. *Dod. pempt.* 790. *sylvestris.*
 β Malus pumila, quæ potius frutex quam arbor. *Bauh. pin.* 433. *paradisiaca.*
 γ Malus prafomila. *Bauh. pin.* 433. *prafomila.*
 δ Malus fativa, fructu sanguinei coloris ex austero sub- *rubelliana.*
 dulci. *Tournef. inst.* 635.
 ε Mala curtispindula dicta. *Bauh. hist.* 1. p. 21. *cestiana.*

- Epirotica.* ζ. Poma orbiculata. *Ruell. stirp.*
Habitat in Europa. †
- coronaria.* 3. PYRUS foliis serrato-angulosis.
Malus sylvestris, floribus odoratis. *Gron. virg.* 55.
Habitat in Virginia. †
- Cydonia.* 4. PYRUS foliis integerrimis. *Hort. cliff.* 160. *Mat.*
med. 238. *Roy. lugdb.* 267.
Malus cotonea sylvestris. *Bauh. pin.* 435.
β. Malus cotonea major. *Bauh. pin.* 434.
γ. Malus Cotonea minor. *Bauh. pin.* 434.
Cotonea & Cydonia. *Lob. hist.* 580.
Habitat ad ripas petrosas Danubii. †

TETRAGONIA.

- fruticosa.* 1. TETRAGONIA foliis linearibus. *Roy. lugdb.* 250.
Tetragonia. *Hort. cliff.* 188. *Hort. upf.* 126.
Tetragonocarpus africana rutilans, foliis longis & angu-
stis. *Comm. hort.* 2. p. 205. t. 103.
Evonymo affinis africana, portulacæ folio. *Seb. thes.* 2.
p. 13. t. 11. f. 8.
Habitat in Æthiopia. †
- herbacea.* 2. TETRAGONIA foliis ovatis. *Roy. lugdb.* 450
Tetragonocarpus africana, radice magna crassa & carno-
sa. *Comm. hort.* 2. p. 203. t. 102.
Habitat in Æthiopia. †

MESEMBRYANTHEMUM.

* *Albis corollis.*

- nodiflorum.* 1. MESEMBRYANTHEMUM foliis alternis tereti-
usculis obtusis ciliatis. *Hort. upf.* 129.
Kali crassulæ minoris foliis. *Bauh. pin.* 289. *Morif.*
hist. 2. p. 610. f. 5. t. 33. f. 7.
Kali neapolitanum aizoides repens. *Col. ecphr.* 2. p.
72. t. 73.
Kali II. *Alp. aegypt.* 125. t. 127.
Habitat in Ægypto, Neapoli. ☉
- crystallinum.* 2. MESEMBRYANTHEMUM foliis alternis ovatis
obtusis undulatis. *Hort. cliff.* 216. *Hort. upf.* 127.
Roy. lugdb. 281.
Mesembryanthemum crystallinum, plantaginis folio un-
dulato. *Dill. elth.* 231. t. 180. f. 211.

Ficoides africana, folio plantaginis undulato micis argenteis adperso. T. *Bradl. succ. 5. t. 15. f. 48.*

Habitat in Africa? ☉

3. MESEMBRYANTHEMUM foliis semiteretibus, geniculifloribus sessilibus axillaribus. *geniculiflorum.*

Mesembr. ramis undique papillofis folio crassioribus.

Hort. cliff. 218. Roy. lugdb. 285.

Mesemb. capense geniculiflorum neapolitanum creditum.

Dill. elth. 271. t. 205. f. 261.

Ficoides neapolitana, flore candido. H. *Bradl. succ. 5.*

t. 17. f. 34.

Ficoides capense, folio tereti, flore albido. *Pet. gaz.*

t. 78. f. 3.

Habitat ad Cap. b. Spei. ☿

4. MESEMBRYANTHEMUM foliis semicylindraceis, floribus quadifidis. *noctiflorum.*

Mesembr. foliis subulatis semicylindricis lævibus vix

connatis apice recurvis. *Hort. cliff. 220. Roy. lugdb.*

286.

Mesembr. noctiflorum, flore intus candido extus phœ-

niceo odoratissimo. *Dill. elth. 273. t. 206. f. 262.*

β. Mesemb. noctiflorum, flore intus candido extus stramineo odoratissimo. *Dill. elth. 274. t. 206. f. 263.*

Dill. elth. 274. t. 206. f. 263.

Habitat in Africa. ☿

Calyx huic quadrifidus, styli 4, fructus quadrilocularis.

5. MESEMBRYANTHEMUM foliis subtrigonis subulatis, caule erecto, corymbo trichotomo. *umbellatum.*

Mesembr. frutescens, floribus albis umbellatis. *Dill.*

elth. 277. t. 208. f. 266.

Ficoides africana erecta teretifolia, floribus albis um-

bellatis. *Herm. par. 166. t. 166. Bradl. succ. 4. p. 12.*

t. 44.

Habitat ad Caput b. Spei. ☿

6. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis subteretibus connatis, floribus octagynis. *calamiforme.*

Mesembr. calamiforme. *Dill. elth. 239. t. 186. f. 228.*

Ficoides capensis humilis, cepææ folio, flore stamineo:

Bradl. succ. 2. p. 10. f. 19.

Habitat ad Cap. b. Spei. ♃

7. MESEMBRYANTHEMUM foliis lanceolatis planis crenulatis. *Tripolium.*

Hort. cliff. 217. Hort. upf. 128. Roy.

lugdb. 283.

Mesembr. tripolii folio, flore argenteo. *Dill. elth.* 230.
t. 179. f. 220.

Ficoides africanum, Mesembryanthemum f. Ficus aizoides major procumbens, tripolii folio magis succulento denticulis fimbriato. *Pluk. mant.* 77. t. 329. f. 4.
Habitat in Africa. ♂

* *Rubicundis corollis.*

bellidiflorum 8. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis triquetris linearibus apice trifariam dentatis. *Hort. cliff.* 218. *
Roy. lugdb. 283.

Mesembr. bellidiflorum. *Dill. elth.* 244. t. 189. f. 233.
Habitat in Africa. ♀

deltoides. 9. MESEMBRYANTHEMUM caulescens, foliis deltoidibus triquetris dentatis. *Hort. cliff.* 218. * *Roy. lugdb.* 284.

Mesembr. deltoides & dorso & lateribus muricatis. *Dill. elth.* 255. t. 195. f. 246.

Ficus aizoides africana erecta, folio triangulari breviusculo fimbriato, floribus roseis odoratis. *Volk. hesp.* 223. t. 224. f. 5.

β. Mesembr. deltoides, dorso & lateribus muricatis, majus. *Dill. elth.* 254. t. 196. f. 247.

γ. Mesembr. deltoides, non dorso sed lateribus muricatis. *Dill. elth.* 253. t. 195. f. 243. 244.

Habitat in Africa. ♂

barbatum. 10. MESEMBRYANTHEMUM foliis apice barbatis. *Hort. cliff.* 216. * *Hort. ups.* 127. *Roy. lugdb.* 282.

Mesembr. radiatum, ramulis prolixis recumbentibus. *Dill. elth.* 245. t. 190. f. 234.

Ficoides capensis, tereti folio: apicibus hirtis. *Pet. gaz.* t. 77. f. 6.

Ficoides capensis frutescens, folio tumido extremitate stellata, flore purpureo, *Bradt. succ.* 1. p. 6. t. 5. & 15.

Ficus aizoides, folio tereti in villos radiatos abeunte, flore rubro. *Volk. hesp.* 222. t. 124. f. 6.

β. Mesembr. radiatum humile, foliis minoribus. *Dill. elth.* 246. t. 190. f. 235.

γ. Mesembr. radiatum humile, foliis majoribus. *Dill. elth.* 248. t. 190. f. 236.

Habitat ad Cap. b. Spei. ♂

hispidum. 11. MESEMBRYANTHEMUM caule hispido, foliis cylindricis deflexis.

- Mesembr. caule hispido. *Hort. cliff.* 217. * *Roy. lugdb.* 282.
 Mesembr. pilosum micans, flore saturate purpureo. *Dill. elth.* 289. *t.* 277. *f.* 278.
- β. Mesembr. pilosum micans., flore purpureo pallidior. *Dill. elth.* 290. *t.* 214. *f.* 280. 279.
- γ. Mesembr. pilosum micans, flore purpureo striato. *Dill. elth.* 291. *t.* 215. *f.* 281.
 Ficoides s. Ficus aizoides africana, folio longo tenui, flore aurantio. *Bradt. succ.* 4. *p.* 13. *t.* 35.
 Ficus aizoides teretifolia, foliis crystallino rore eleganter conspersis, floribus dilute roseis. *Volk. hesp.* 221. *t.* 224. *f.* 2.
Habitat ad Cap. b. Spei. b
12. MESEMBRYANTHEMUM caule foliisque pubescentibus. *Hort. cliff.* 217. * *Roy. lugdb.* 282. *villosum.*
Habitat in Africa. b
13. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis subtus undique scabris. *Hort. cliff.* 219. * *Hort. ups.* 129. *scabrum.*
 Mesembr. purpureum scabrum, staminibus expansis. *Dill. elth.* 259. *t.* 197. *f.* 250.
 Ficoides capensis, triangulari folio acuto, flore purpureo. *Pet. gaz.* *t.* 77. *f.* 3.
- β. Mesembr. purpureum scabrum, staminibus collectis. *Dill. elth.* 260. *t.* 197. *f.* 251.
Habitat in Africa. b
14. MESEMBRYANTHEMUM articulis caulinis terminatis in folia acuminata subtus dentata. *Hort. cliff.* 218. *Roy. lugdb.* 284. *uncinatum.*
 Mesembr. perfoliatum, foliis minoribus diacanthis. *Dill. elth.* 250. *t.* 193. *f.* 239.
 Ficoides afra, folio triangulari glauco perfoliato brevissimo apice spinoso. *Bradt. succ.* 3. *t.* 27.
- β. Mesembr. perfoliatum, foliis majoribus triacanthis. *Dill. elth.* 251. *t.* 193. *f.* 240.
 Ficoides africana frutescens perfoliata, folio triangulari glauco punctato. *Bradt. succ.* 5. *p.* 13. *t.* 46.
Habitat in Africa. b
15. MESEMBRYANTHEMUM spinis ramosis. *Hort. cliff.* 216. * *Roy. lugdb.* 281. *spinosum.*
 Mesembr. frutescens, ramis triacanthis. *Dill. elth.* 276. *t.* 208. *f.* 265.
 Ficoides africana, aculeis longissimis & foliolis nascentibus

bus ex foliorum alis. *Tournef. act.* 1705. p. 316.

Bradl. succ. 41. t. 39.

Habitat in Africa. †

- tuberosum.* 16. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis papillofis, radice capitata. *Hort. cliff.* 216. * *Roy. lugdb.* 282. Mesembr. frutescens, radice ingenti tuberosa. *Dill. elth.* 275. t. 207. f. 264.
Habitat in Africa. †

- tenuifolium.* 17. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis semiteretibus glabris internodio longioribus. *Hort. cliff.* 220. *Hort. upf.* 128. *Roy. lugdb.* 286. Mesembr. tenuifolium procumbens, folio tenuiore viridi, flore coccineo. *Dill. elth.* 264. t. 201. f. 256. Ficoides capensis humilis teretifolia, flore coccineo. *Bradl. succ.* 1. p. 13. t. 9. Ficoides africana minor procumbens, folio tenuiore viridi, flore coccineo. *Moris. hist.* 3. p. 507. f. 12. t. 8. f. 6.
Habitat in Africa. †

- spulaceum.* 18. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis subcylindræis obsolete papillofis distinctis. *Hort. cliff.* 220. *Roy. lugdb.* 287. Mesembr. frutescens, flore purpureo rariore. *Dill. elth.* 279. t. 209. f. 267. 268.
Habitat in Africa. †

- crassifolium.* 19. MESEMBRYANTHEMUM caule repente semicylindræo, foliis semicylindricis lævibus connatis apice triquetris. *Hort. cliff.* 217. * *Roy. lugdb.* 283. Mesembr. crassifolium repens, flore purpureo. *Dill. elth.* 266. t. 201. f. 257. Ficoides africana reptans, folio triangulari viridi, flore saturate purpureo. *Bradl. succ.* 4. p. 16. t. 38.
Habitat in Africa. †

- falcatum.* 20. MESEMBRYANTHEMUM foliis acinaciformibus distinctis lævibus, ramis teretibus. *Hort. cliff.* 219. * *Roy. lugdb.* 285. Mesembr. falcatum minimum, flore purpureo parvo. *Dill. elth.* 288. t. 213. f. 276. Ficoides afra, folio triangulari ensiformi brevissimo, flore dilute purpurascente filamentoso. *Bradl. succ.* 5. p. 9. t. 42.
Habitat in Africa. †

* *Luteis corollis.*

21. MESEMBRYANTHEMUM foliis acinaciformibus *acinaciforme*
connatis: angulo carinali scabris, ramis angulatis. *Hort.*
cliff. 219. *Roy. lugdb.* 284.

Mesembr. acinaciforme, flore amplissimo purpureo. *Dill.* purpureum
elth. 282. *t.* 211. *f.* 270. & *t.* 212. *f.* 271.

β. Mesembr. falcatum majus, flore amplo luteo. *Dill.* *elth.* flavum.
283. *t.* 212. *f.* 272.

Ficoides s. Ficus aizoides africana major procumbens,
triangulari folio, fructu maximo eduli. *Herm. lugdb.*
244. *t.* 245. *Moris. hist.* 3. *p.* 506. *f.* 12. *t.* 7. *f.* 1.

γ. Mesembr. falcatum majus, flore purpureo mediocri.
Dill. *elth.* 285. *t.* 211. *f.* 273.

Habitat ad Cap. b. Spei. ♪

22. MESEMBRYANTHEMUM foliis subtriquetris *bicolor.*
scabris, corollis bicoloribus.

Mesembr. tenuifolium frutescens, flore croceo. *Dill.*
elth. 207. *t.* 202. *f.* 258.

Ficoides s. Ficus aizoides africana minor erecta, trian-
gulari folio viridi, flore intus aureo; foris purpureo.
Herm. lugdb. 250. *t.* 249. *Moris. hist.* 3. *p.* 507. *f.*
12. *t.* 6. *f.* 4.

Ficoides capensis frutescens, folio tereti punctato, petal-
is luteis. *Bradl. succ.* 1. *p.* 8. *t.* 7.

Habitat in Africa. ♪

Corollæ extus purpureæ, intus flavæ.

23. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis tri-*serratum.*
quetris: angulo carinali retrorsum ferratis. *Hort. cliff.*
218. *Roy. lugdb.* 284.

Mesembr. serratum, flore acetabuliformi luteo. *Dill.*
elth. 249. *t.* 192. *f.* 238.

Habitat in Africa. ♪

24. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis sub-*micans.*
cylindræis papillofis distinctis, caule scabro. *Hort.*
cliff. 220. * *Roy. lugdb.* 287.

Mesembr. micans, flore phœniceo: filamentis atris.
Dill. *elth.* 292. *t.* 215. *f.* 282.

Ficoides capensis, tereti folio, flore croceo. *Pet. gaz.*
t. 7. *f.* 9.

Ficoides capensis, folio tereti argenteo, petalis perplu-
rimis aurantiacis. *Bradl. succ.* 1. *p.* 9. *t.* 8.

Habitat ad Cap. b. Spei. ♪

splendens.

25. MESEMBRYANTHEMUM foliis linearibus obsolete triquetris distinctis: summis imbricatis lævibus. *Hort. cliff.* 220. *

Mesembr. foliis confertis splendentibus, flore pallido. *Dill. elth.* 270. t. 204. f. 260.

Ficoides capensis frutescens, foliis teretibus confertis glaucis, flore albo. *Bradl. succ.* 1. p. 7. t. 6.

- β. Mesembr. foliis triquetris gibbis oppositis imbricatis, ramis inferne nudis. *Hort. cliff.* 220. *Roy. lugdb.* 286. *Habitat ad Cap. b. Spei.* β

rostratum.

26. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis semicylindricis connatis externe tuberculatis. *Hort. cliff.* 219. *Roy. lugdb.* 285.

Mesembr. rostrum ardeæ referens. *Dill. elth.* 240. t. 186. f. 229.

Habitat in Africa. γ

verruculatum.

27. MESEMBRYANTHEMUM foliis subcylindricis acutis connatis arcuatis lævibus. *Hort. cliff.* 220. *Hort. ups.* 128. *Roy. lugdb.* 285.

Mesembr. foliis verruculiformibus, floribus mellinis umbellatis. *Dill. elth.* 268. t. 203. f. 259.

Habitat in Africa. δ

glaucum.

28. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis triquetris strictis acutis: punctis pellucidis obsoletis sparsis. *Hort. cliff.* 220. *Roy. lugdb.* 283.

Mesembr. scabrum, flore sulphureo convexo. *Dill. elth.* 156. t. 196. f. 248.

Ficoides africana frutescens, folio triangulari breviori glauco. *Moris. hist.* 3. p. 507. f. 12. t. 5. f. 3.

Ficoides afra, caule lignoso, erecta, folio triangulari ensiformi scabro, flore luteo magno. *Bradl. succ.* 4. p. 15. t. 32.

Ficoides s. Ficus aizoides africana minor erecta, folio triangulari glauco, flore luteo. *Herm. lugdb.* 247. t. 248. *

Habitat in Africa. ε

loreum.

29. MESEMBRYANTHEMUM caulescens, foliis subulatis semicylindricis recurvis connatis longis. *Hort. cliff.* 219. * *Hort. ups.* 128. *Roy. lugdb.* 285.

Mesembr. foliis corniculatis longioribus. *Dill. elth.* 262. t. 199. f. 253. 254.

Ficoides capensis, folio triangulari, flore luteo intus pallido. *Pet. gaz.* t. 77. f. 10.

β Me-

β. Mesembr. foliis corniculatis brevioribus. *Dill. elth.* 261. t. 198. f. 252.

Ficoides africana reptans, folio triangulari crasso longissimo, flore intus luteo extus aurantiaco. *Bradl. succ.* 4. p. 18. t. 40.

γ. Mesembr. loreum. *Dill. elth.* 264. t. 200. f. 255.
Habitat in Africa. ♀

30. MESEMBRYANTHEMUM foliis planis opposi-^{tortuosum.} tis ovatis acuminatis connatis integerrimis. *Hort. cliff.* 217. * *Roy. lugdb.* 283.

Mesembr. tortuosum, foliis sempervivi expansis. *Dill. elth.* 234. t. 182. f. 223.

Ficoides capensis, folio lato acuto, flore albo intus luteo. *Pet. gaz.* t. 78. f. 10.

Ficoides africana procumbens, foliis planis conjugatis lucidis. *Bradl. succ.* 3. p. 7. t. 16.

β. Mesembr. tortuosum, foliis sempervivi congestis. *Dill. elth.* 233. t. 181. f. 222.

Ficoides capensis procumbens, oleæ folio, flore albo medio croceo. *Bradl. succ.* 2. p. 7. t. 16.

Habitat ad Cap. b. Spei. ♀

Petala exteriora albida, interiora flava sunt.

31. MESEMBRYANTHEMUM subacaule, foliis ci-^{ringens.} liato-dentatis. *Hort. cliff.* 218. * *Roy lugdb.* 283.

Mesembr. rictum caninum referens. *Dill. elth.* 241. t. caninum. 188. f. 231.

Ficoides capensis humilis, folio triangulari prope summitatem dentato, flore luteo. *Bradl. succ.* 2. p. 8. t. 17.

β. Mesembr. rictum felinum repræsentans. *Dill. elth.* 240. felinum, t. 187. f. 230.

Ficoides afra, folio triangulari ensiformi crasso brevi ad margines laterales multis majoribus spinis aculeato. *Mart. cent.* 30. t. 30.

Habitat ad Cap. b. Spei. ♀

32. MESEMBRYANTHEMUM foliis dolabriformi-^{dolabriforme} bus. *Hort. cliff.* 219. *Roy. lugdb.* 284.

Mesembr. folio dolabriformi. *Dill. elth.* 248. t. 191. f. 237.

Ficoides capensis humilis, foliis cornua cervi referentibus, petalis luteis, noctiflora. *Bradl. succ.* 1. p. 11. t. 10.

Habitat in Africa. ♀

33. MESEMBRYANTHEMUM foliis difformibus. ^{difforme.}
Roy. lugdb. 287.

Mesembryanth. foliis difformibus, flore luteo. *Dill. elth.* 252. *t.* 194. *f.* 241. 242.

Ficoides Mesembryanthemum crassissimo & valde succulento folio nigris punctis notato. *Pluk. alm.* 148. *t.* 325. *f.* 4.

Habitat in Æthiopia. ♪

linguiforme. 34. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis linguiformibus altero margine crassioribus. *Hort. cliff.* 219. *Hort. ups.* 128. *Roy. lugdb.* 282

Mesembryanth. folio scalprato. *Dill. elth.* 235. *t.* 183. *f.* 224.

β. Mesembr. folio linguiformi latiore. *Dill. elth.* 236. *t.* 184. *f.* 224.

γ. Mesembr. folio linguiformi angustiore. *Dill. elth.* 238. *t.* 185. *f.* 226.

δ. Mesembr. folio linguiformi longiore. *Dill. elth.* 23. *t.* 185. *f.* 227.

Habitat in Africa. ♀

Hæc Decagyna est.

pugioniforme. 35. MESEMBRYANTHEMUM foliis alternis subulatis triquetris longissimis. *Hort. cliff.* 216. * *Hort. ups.* 129. *Roy. lugdb.* 281.

Mesembr. folio pugioniformi, flore amplo stramineo, *Dill. elth.* 280. *t.* 210. *f.* 269.

Ficus capensis, caryophylli folio, flore aureo specioso. *Bradl. succ.* 2. *p.* 5. *t.* 14.

Habitat ad Cap. b. Spei. ♪

Hæc polygyna est.

AIZOON

canariense. 1. AIZOON foliis cuneiformi-ovatis, floribus sessilibus. *Hort. ups.* 127.

Aizoon foliis obverse ovatis. *Hort. cliff.* 415. *Roy. lugdb.* 221.

Ficoidea procumbens, portulacæ folio. *Niss. act.* 1711. *p.* 422. *t.* 13. *f.* 1.

Kali aizoides canariensis procumbens. *Pluk. alm.* 202. *t.* 304. *f.* 4. *Volk. norib.* 236. *t.* 236.

Habitat in Canariis. ☉

hispanicum. 2. AIZOON foliis lanceolatis, floribus sessilibus.

Ficoidea hispanica annua, folio longiore. *Dill. elth.* 143. *t.* 117. *f.* 143.

Habitat in Hispania. ☉

paniculatum 3. AIZOON foliis lanceolatis, floribus paniculatis.

Aizoon foliis lanceolatis subtus hirsutis. *Roy. lugdb.* 221.
Habitat in Africa.

SPIRÆA.

1. SPIRÆA foliis lanceolatis obtusis ferratis nudis, floribus duplicato-racemosis. *salicifolia.*
Hort. cliff. 191. *Hort. ups.* 131. *Roy. lugdb.* 277.
Spiræa theophrasti forte. Clus. hist. 1. p. 80.
Frutex spicatus, foliis ferratis salignis. Baub. pin. 475.
Spiræa salicis folio longiore ferrato, floribus rubris.
Amm. ruth. 265.
Habitat in Sibiria, Tataria. †
2. SPIRÆA foliis lanceolatis inæqualiter ferratis subtus tomentosa.
tomentosis, floribus duplicato-racemosis.
Ulmaria pentacarpos, integris ferratis foliis parvis subtus incanis, virginiana. Pluk. alm. 393. t. 321 f. 5.
Habitat in Philadelphia. Kalm. †
Differt a præcedenti Foliis magis profunde & inæqualiter ferratis; foliis subtus valde tomentosis adeoque crassis; racemo terminali composito densiori longiori. Floribus demum magis rubris, & Corollis octuplo-minoribus.
3. SPIRÆA foliis integerrimis, umbellis sessilibus. *hypericifolia*
ups. 131.
Spiræa foliis integerrimis, pedunculis simplicibus. Hort. cliff. 190. *Roy. lugdb.* 277.
Pruno sylvestri affinis canadensis. Baub. pin. 517. *Pluk. alm.* 308. t. 218. f. 5.
Habitat in Canada. †
4. SPIRÆA foliis ovatis inciso-ferratis glabris, umbellis *chamædryfolia,*
pedunculatis.
Spiræa chamædryos foliis. Amm. ruth. 269.
Habitat in Sibiria. D. Gmelin. †
5. SPIRÆA foliis oblongiusculis apice ferratis, corymbis *crenata,*
lateralibus.
Spiræa hispanica, hyperici folio crenato. Barr. rar. 1376. t. 164.
Spiræa hyperici folio ampliore, modo integro modo dentato. Amm. ruth. 270.
Habitat in Sibiria, Hispania. †
6. SPIRÆA foliis lobatis ferratis, corymbis terminalibus. *opulifolia.*

Spiræa foliis incisiss angulatis, floribus corymbosis. *Hort. cliff.* 190. *Gron. virg.* 55. *Roy. lugdb.* 277.

Evonymus virginiana, ribesii folio, capsulis eleganter bullatis. *Comm. hort.* 1. p. 169. t. 87.

Habitat in Virginia, Canada. †

forbifolia.

7. *SPIRÆA* foliis pinnatis, foliolis uniformibus ferratis, caule fruticoso, floribus paniculatis.

Spiræa foliis pinnatis. *Amœn. acad.* 2. p. 352. *

Spiræa forbi folio tenuiter crenato, floribus in thyrsis albis. *Amm. ruth.* 186.

Habitat in Sibiria uliginosis. †

Aruncus.

8. *SPIRÆA* foliis supradecompositis, spicis paniculatis, floribus dioicis.

Aruncus. *Hort. cliff.* 463. *Roy. lugdb.* 278. *Gron. virg.* 121.

Barba capræ floribus oblongis. *Baub. pin.* 163.

Barba capræ. *Cam. hort.* 26. t. 9.

Habitat in Austria, Albornia montanis. †

Filipendula.

9. *SPIRÆA* foliis pinnatis: foliolis uniformibus ferratis, caule herbaceo, floribus cymosis.

Filipendula foliis pinnatis: foliolis uniformibus. *Hort. cliff.* 191. *Fl. suec.* 404. *Mat. med.* 239. *Roy. lugdb.* 277.

Filipendula vulgaris. *Baub. pin.* 163.

Filipendula. *Cam. epit.* 608.

Habitat in Europa pascuis. †

Ulmaria.

10. *SPIRÆA* foliis pinnatis: impari majore lobato, floribus cymosis. *Fl. lapp.* 201. *Hort. cliff.* 191. *Fl. suec.* 405. *Mat. med.* 241. *Roy. lugdb.* 277.

Barba capræ floribus compactis. *Baub. pin.* 164.

Regina prati. *Dod. pempt.* 57.

Habitat in Europa pratis uliginosis, umbrosis. †

trifoliata.

11. *SPIRÆA* foliis ternatis ferratis subæqualibus, floribus subpaniculatis.

Filipendula foliis ternatis. *Hort. cliff.* 191. *Hort. ups.* 131. *Roy. lugdb.* 277. *Gron. virg.* 55.

Ulmaria major trifolia, flore amplo pentapetalo, virginiana. *Pluk. alm.* 393. t. 236. f. 5. *Raj. suppl.* 330.

Ulmaria virginiana trifolia, floribus candidis amplis longis & acutis. *Morif. hist.* 3. p. 323.

Habitat in Virginia, Canada.

DALIBARDA.

1. DALIBARDA.

repens.

Habitat in Canada. Kalm. 2

Radix *repens*. Stolones *reptantes, herbacei*. Folia *cordata, obtusa, obtuse crenata, venosa, pilis raris adspersa*. Petioli *pilosi, foliis saepius longiores*. Scapi *nudi, pilosi, longitudine petiolorum, uniflori*. Calyx *quinquepartitus*. Corolla *alba*. Semina *5, nuda, ovata*. *Diversa a Rubo seminibus nudis.*

POLYGYNIA.

ROSA.

1. ROSA *inermis, calycis foliolis indivisis, fructu oblongo. Hall. belv. 348.*

Rosa *sylvestris, odoratissimo rubro flore. Baub. pin. 483.*

Habitat in Helvetia. h

2. ROSA *aculeata, foliis odoratis subtus rubiginosis. Hall. eglanteria. belv. 350. Dalib. paris. 145.*

Rosa *sylvestris, foliis odoratis. Baub. pin. 483.*

Rosa *eglanteria. Tabern. ic. 1087.*

Habitat in Helvetia, anglia. h

3. ROSA *foliis utrinque villosis, fructu spinoso. Hall. villosa. belv. 350.*

Rosa *sylvestris pomifera major. Baub. pin. 484.*

Habitat in Europa australi. h

4. ROSA *caule aculeato, petiolis inermibus, calycibus semipinnatis. Fl. suec. 406.*

Rosa *sylvestris vulgaris, flore odorato incarnato. Baub. pin. 483.*

Habitat in Europa. h

5. ROSA *caule petiolisque aculeatis, calycis foliolis indivisis. Fl. suec. 407.*

Rosa *campestris spinosissima, flore albo odorato. Baub. pin. 483.*

Habitat in Europa. h

6. ROSA *caule aculeato, pedunculis hispidis, calycibus semipinnatis glabris.*

Rosa *multiplex media. Baub. pin. 482.*

Ro-

Rosa centifolia batavica II. *Clus. hist. 1. p. 114.*
Habitat in Europa. h

- alba.* 7. ROSA caule aculeato, pedunculis lævibus, calycibus semipinnatis glabris.
 Rosa alba vulgaris major. *Bauh. pin. 482.*
 β. Rosa alba, flore pleno. *Best. eyst. vern. 6. t. 3. f. 1.*
Habitas in Europa. h
- gallica.* 8. ROSA foliis carinatis subtus scabris. *Dalib. parij. 145. †*
Habitat in Gallia. h
- indica.* 9. ROSA subinermis, foliolis quinis subtus tomentosis: impari majori, stipulis obsoletis.
 Rosa chusan glabra, juniperi fructu. *Pet. gaz. 56. t. 35. f. 11.*
Habitat in China, h
 Rami inermes; rarius armati una alterave spina tenuissima versus folia vel in petiolis. Folia pinnata: foliolis quinis, subtus tomentosis, supra glabris, serratis: extimo duplo majore. Pedunculi longi, nudi, simplices. Calyx incisus, levis. Fructus magnitudine Sorbi aucuparie. Species Rosarum difficile distinguuntur, difficilius determinantur; mihi videtur naturam miscuisse plures vel usum ex uno plures formasse; hinc qui paucas vidit species facilius eas distinguit, quam qui plures examinavit.
- sempe-virens.* 10. ROSA caule aculeato, foliolis quinis glabris perennantibus.
 Rosa sempervirens jungermanni. *Clus. hist. 2. app. alt. Dill. elth. 326. t. 246. f. 318.*
 Rosa moschata sempervirens. *Bauh. pin. 482.*
Habitat in Germania. h
- pendalina.* 11. ROSA fructibus oblongis pendulis.
 Rosa sangvisorbæ majoris folio, fructu longo pendulo. *Dill. elth. 325. t. 245. f. 317.*
Habitat in Europa. h
- carolina.* 12. ROSA foliis ferratis medio tenus integerrimis.
 Rosa carolina fragrans, foliis in medio tenus ferratis. *Dill. elth. 325. t. 245. f. 316.*
Habitat in Carolina.

RUBUS.

* Frutescentes.

- silvestris.* 1. RUBUS foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculea-

culeato, petiolis canaliculatis. *Fl. suec.* 408. *Mat. med.*

242.

Rubus caule erecto hispido, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 204.

Hort. cliff. 192. *Hort. ups.* 133. *Roy. lugdb.* 273.

Rubus idæus spinosus. *Bauh. pin.* 479.

β. Rubus idæus fructu albo. *Bauh. pin.* 479.

γ. Rubus idæus lævis. *Bauh. pin.* 479.

Habitat in Europæ lapidosis. 2. ♂

2. RUBUS foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule a-^{occidentalis}
culeato, petiolis teretibus.

Rubus foliis longioribus subtus molli lanugine obdu-
ctis & incanis, flore & fructu minoribus. *Sloan. jam.*
173. *hist.* 2. p. 109. t. 213. f. 1. *Raj. dendr.* 76.

Rubus idæus, fructu nigro, virginianus. *Dill. elth.* 327.
t. 287. f. 319.

Habitat in Canada. *Kalm.*

Caulis teres, lævis; aculeis recurvis. Petioli teretes a-
culeis recurvis. Folia ternata, intermedio pedicellato,
ovata, inciso-serrata, subtus albo-tomentosa. Racemus
terminalis. Fructus niger, variat etiam fructu rubro.
magis acido quam *R. idæi*. Differt imprimis a *R. i-*
dæo, cui simillimus, petiolis teretibus nec canaliculatis.

3. RUBUS foliis ternatis nudis, caulibus petiolisque hi-^{hispidus.}
spidis.

Habitat in Canada. *Kalm.* ♀

Caulis viticulis longis, procumbentibus, lignosis, una
cum petiolis adspersi setis rigidis. Folia ternata, nu-
da, inciso-serrata: intermedio pedicellato; pedunculi
etiam hispidi.

4. RUBUS foliis ternatis nudis, caule aculeato: *Hort. casins.*
cliff. 192. *Fl. suec.* 163. *Gron. virg.* 163. *Roy. lugdb.*
273. *Hall. helv.* 344.

Rubus repens, fructu cæcio. *Bauh. pin.* 479.

Rubus minor. *Dod. pempt.* 742.

Habitat in Europæ dumetis. ♀

Folia subtus non tomentosa, quamvis sæpe pubescentia.

5. Rubus foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolis-^{fruticosus.}
que aculeatis. *Fl. suec.* 409.

Rubus caule aculeato, foliis ternatis ac quinatis. *Hort.*
cliff. 192. *Gron. virg.* 163. *Roy. lugdb.* 273.

Rubus vulgaris s. Rubus fructu nigro. *Bauh. pin.* 479.

Rubus. *Cam. epit.* 751.

β. Rubus vulgaris major, fructu albo. *Raj. angl.* 3. p. 467.

γ. Ru-

γ. Rubus flore albo pleno. *Magn. hort.* 175.
Habitat in sepibus præsertim maritimis Europæ: 5

canadensis. 6. RUBUS foliis digitatis denis quinis ternatisque, caule inermi.

Habitat in Canada. Kalm.

Caulis subpurpureus. Foliola lanceolata, utrinque nuda, tenuissima, argute serrata. Bractæ lanceolatae. Stipulæ lineares, acutæ.

odoratus

7. RUBUS foliis simplicibus palmatis, caule inermi multifolio multifloro. *Hort. cliff.* 192. * *Hort. ups.* 133. *Roy. lugdb.* 274.

Rubus odoratus. *Corn. canad.* 149. t. 150.

Habitat in Canada. 4-5

* *Herbacei.*

saxatilis.

8. RUBUS foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. *Fl. suec.* 411.

Rubus caule repente annuo, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 206. *Roy. lugdb.* 274. *Hall. belv.* 344. *Roy. lugdb.* 274.

ChamæRubus saxatilis. *Bauh. pin.* 110.

Habitat in Europæ collibus lapideis. 4

arcticus.

9. RUBUS foliis ternatis, caule inermi unifloro. *Fl. suec.* 412. *Mat. med.* 244.

Rubus caule unifloro, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 207. t. 5. f. 2. *Hort. cliff.* 292. *Roy. lugdb.* 274.

Rubus humilis, flore purpureo. *Buxb. cent.* 5. p. 13. t. 26. *mala.*

Rubus trifolius humilis non spinosus, sapore & odore fragariæ, fructu rubro polycocco. *Amm. ruth.* 185.

Habitat in Bothnia Sueciæ, Sibiria, Canada. 4

*Chamæmor-
rus.*

10. RUBUS foliis simplicibus lobatis, caule unifloro. *Fl. suec.* 413. *Mat. med.* 244.

Rubus caule bifolio unifloro, foliis simplicibus. *Fl. lapp.* 208. t. 5. f. 1. *Hort. cliff.* 192. *Roy. lugdb.* 279.

ChamæRubus foliis ribes. *Bauh. pin.* 480.

Morus norvegica. *Till. aboens.* 47. t. 150.

Habitat in Sueciæ paludibus uliginosis, turfosis frequens. 4

FRAGARIA.

vesca.

FRAGARIA flagellis reptans. *Hort. cliff.* 192. *Hort. ups.* 133. *Fl. suec.* 414. *Mat. med.* 245. *Roy. lugdb.* 274. *Hall. belv.* 243. *Fra-*

- Fragaria vulgaris*. *Baub. pin.* 326. *Fl. lapp.* 209. *Gron. sylvestris.*
virg. 56.
Fragaria fructu albo. *Baub. pin.* 326.
 β. *Fragaria fructu parvi pruni magnitudine*. *Baub. pin.* sativa.
 327.
 γ. *Fragaria chiloensis*, fructu maximo, foliis carnosis hirsutis. *chiloensis.*
Dill. elth. 145. t. 120. f. 146.
Habitat in Europæ borealis sterilibus, duris, apricis. ♀
 2. FRAGARIA caule erecto suffruticoso, foliis hirsutis, *muricata.*
Fragaria arborea, flore herbaceo. *zan. hist.*
Fragaria major vesca, flore herbaceo, *Moris. hist.* 2. p.
 186.
Habitat in - - - - - ♀
Folia inter flores distinguunt hanc a prima.
 3. FRAGARIA caule decumbente repente. *Roy. lugdb. sterilis.*
 274. *Dalib. paris.* 147. *Sauv. monsp.* 177.
 β. *Fragaria sterilis*. *Baub. pin.* 327.
Fragaria sterilis f. minime vesca hirsuta minime incana.
Moris. hist. 2. p. 196. f. 2. t. 19. f. 5.
Fragaria sylvestris minime vesca f. sterilis. *Lob. ic.* 698
Habitat in Anglia. ♀
Caules procumbentes, nullus rectus; Pedunculi axillares,
uniflori; Foliola ovalia; Baccæ exsuccæ.

POTENTILLA

* *Foliis pinnatis.*

1. POTENTILLA foliis pinnatis, caule fruticoso. *Hort. fruticosa.*
cliff. 193. *Fl. suec.* 416. *Roy. lugdb.* 275.
Pentaphylloides rectum fruticosum eboracense. *Moris.*
hist. 2. p. 193. f. 2. t. 23. f. 5. *Hortul. angl.* 54.
 t. 54.
Pentaphylloides rectum frutescens. *Walth. hort.* 95. t. 17.
Pentaphylloides fruticosa elatior. *Amm. ruth.* 88. t. 17.
 & 89. t. 18. f. 1.
Habitat in Eboraco, Anglia, Oelandia australi, Sibiria. ♀
 2. POTENTILLA foliis pinnatis ferratis, caule repente. *Anserina.*
Fl. lapp. 210. *Fl. suec.* 415. *Hort. cliff.* 193. *Mat.*
med. 246. *Roy. lugdb.* 275.
Potentilla. *Baub. pin.* 321. *Cam. epit.* 758.
Habitat in Europæ pascuis; in argillosis argentea. ♀
 3. POTENTILLA foliis bipinnatis utrinque tomento-*sericea.*
sericis: segmentis parallelis approximatis; caulibus decum-
bentibus. Po-

Potentilla foliis duplicato-pinnatis: pinnulis linearibus integerrimis brevibus. *Gmel. mss.*

Habitat in Sibiria. 2.

Habitus foliorum *P. anserinae argentea*, quamvis minima sunt; caulis vero & fructificationes *P. verne*.

Radix squamis foliorum ruderibus nigris vestita. Folia pinnata ex 13 circiter foliolis ovatis, tomentosis, sericeis, pectinato-pinnatifidis, & parallelis. Pedunculi pilosi. Caules foliis duplo s. triplo longiores, decumbentes absque sarmentis, nec repentes, in medio folio unico minori magisque divaricato instructi, teretes, apice Floribus aliquot luteis, alternis, pedunculatis.

multifida.

4. POTENTILLA foliis bipinnatis: segmentis integerrimis distantibus subtus tomentosis, caule decumbente.

Pentaphylloides supinum minus, folio glabro, non serrato. *Amm. ruth. 116.*

Pentaphylloides repens, foliis pinnatis. *Bauh. cent. 1. p. 30. t. 49. f. 1.*

β. Pentaphylloides supina minor, foliis alatis hirsutis varie dissectis. *Amm. ruth. 117.*

Habitat in Sibiria, Tataria, Cappadocia. 2.

Habitus multa indicat affinia cum *P. argentea*. Folia ex septem foliolis, segmentis linearibus s. lanceolatis, quinque s. summum septenis, alternis, at in impari oppositis, a se invicem hiantibus sive apice remotis, subtus tomentosis.

fragarioides.

5. POTENTILLA foliis pinnatis ternatisque: extimis majoribus, flagellis reptantibus.

Potentilla foliis ternatis hirsutis utrinque viridibus: lobatis accessoriiis. *Gmel. mss.*

Habitat in Sibiria. 2.

Facies *Fragariae sterilis*. Radix subtuberosa. Folia sericea petiolis pilosis, pinnata ex 3. 5. vel 7. Foliolis ovatis, oppositis, serratis, basi quo propioribus eo minoribus. Stolones decumbentes.

rupestris.

6. POTENTILLA foliis pinnatis alternis: foliolis quinque ovatis crenatis, caule erecto. *Hort. cliff. 193.*

It. wgoth. 63. 76. Roy. lugdb. 275.

Pentaphylloides erectum. *Bauh. hist. 2. p. 398. Moris. hist. 2. p. 192. f. 2. t. 20. f. 1.*

Quinquefolium fragiferum. *Bauh. pin. 326. Clus. hist. 2. p. 107. n. 5.*

Ha-

Habitat ad latera montium Westrogothiæ, Sibiriaë, Germaniæ. 2

7. POTENTILLA foliis pinnatis subæqualibus: foliolis *bifurca.* oblongis sub-bifidis: extimis confluentibus.

Pentaphylloides orientale supinum, foliis alatis bifidis vel trifidis. *Tournef. cor. 21.*

Habitat in Sibiria. 2

8. POTENTILLA foliis pinnatis: foliolis subrotundis *pimpinelloi-* dentatis æqualibus, caule erecto. *des.*

Pentaphylloides orientale erectum, folio & facie pim-
nellæ. *Tournef. cor. 21. Buxb. cent. 1. p. 30. t. 48.*

Habitat in Armeniæ saxosis. 2

9. POTENTILLA foliis pinnatis, caule dichotomo de-*supina,*
cumbente. *Hort cliff. 193. Hort. ups. 133. Roy. lugdb. 275.*

Pentaphyllum alpinum minus supinum. *Pluk. alm. 285. t. 106. f. 7.*

Pentaphyllum supinum quorundam, potentillæ facie. *Clus. hist. 2. p. 107.*

Quinefolio fragifero affinis. *Bauh. pin. 326.*

Habitat ad Mogautiam & in Sibiria. ☉

* *Foliis quinatis.*

10. POTENTILLA foliis digitatis lanceolatis serratis *recta,* utrinque subpilosis, caule erecto.

Potentilla foliis digitatis, caule erecto corymbofo. *Hort. ups. 133. * Roy. lugdb. 275.*

Quinefolium rectum luteum. *Bauh. pin. 325.*

Quinefolium alterum vulgare. *Doë. pempt. 116.*

Habitat in Italia, Narbona, ad agrorum margines. ☉

Folia utrinque viridia, et adulta fere nuda.

11. POTENTILLA foliis quinatis cuneiformibus inci-*argentea,* sis subtus tomentosis, caule erecto.

Potentilla foliis digitatis, caule erecto corymbofo. *Fl. suec. 417.*

Potentilla foliis digitatis inciso-serratis, caule erecto. *Hort. cliff. 193.*

Quinefolium folio argenteo. *Bauh. pin. 325.*

Pentaphyllum minus. *Cam. epit. 760.*

Habitat in Europæ ruderatis. 2

12. POTENTILLA foliis septenis quinatisque cuneifor-*hirta,* mibus incisus pilosis, caule ascendente.

Quinquefolium montanum rectum hirsutum. *Baub. pin.* 325. *prodr.* 139.

Habitat Monspeli D. *Sauvages*; inque Pyrenæis. 2

Differt a præcedente Foliis radicalibus septenis, & subtus longis distinctis pilis hirsutis, nec tomentosis, apice argutius furcatis. Pedunculi uniflori, longi.

stipularis.

13. POTENTILLA foliis digitatis sessilibus stipulæ insidentibus.

Potentilla foliis novenis stipulis insidentibus. *Gmel. mss.*

Habitat in Sibiria. 2

Caulis adscendens, filiformis, lævis, apice divisus. Stipulæ amplexicaules, solitariae, emarginatae. Foliola 8. ad 9. lineari-lanceolata, subserrata, glabra, ex emarginatura stipulæ pendentia absque petiolo.

verna.

14. POTENTILLA foliis radicalibus quinatis acute ferratis, caulinis ternatis, caule declinato. *Fl. suec.* 419.

Potentilla foliis quinatis incisis, caule assurgente. *Fl. lapp.* 212. *Hort. cliff.* 194. *Roy. lugdb.* 276.

Potentilla foliis quinatis acute ferratis ora sericea, petalis maculatis. *Hall. belv.* 339. t. 6. f. 4.

Quinquefolium minus repens alpinum aureum. *Baub. pin.* 325.

Habitat in Europæ pascuis siccis, frigidioribus. 2

canadensis.

15. POTENTILLA foliis quinatis villosis, caule ascendente hirsuto.

Habitat in Canada. *Kalm.*

Habitus fragariæ. Folia radicalia quinata: foliolis obverse ovatis, acute serratis, supra pubescentibus, subtus villosis albo-sericeis, petiolis valde albo hirsutis. Caulis digitalis, ramosus, rarioribus foliis. Corollæ luteæ. Similis præcedenti, a qua differt Foliis valde pilosis, argute serratis, subrotundis & Caule valde hirsuto.

alba.

16. POTENTILLA foliis digitatis apice conniventi-ferratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirsutis. *Hort. cliff.* 194. *Roy. lugdb.* 276.

Quinquefolium album. *Hall. it. belv.* 70.

Quinquefolium album minus alterum. *Baub. pin.* 325.

Pentaphyllum majus, flore albo. *Clus. hist.* 2. p. 105.

β. Quinquefolium album majus. *Baub. prodr.* 325.

Quin-

Quinquefolium album minus. *Bauh. pin. 325. prodr.*

139.

Habitat in alpibus Stiriaë, Austriaë, Panoniaë. &

17. POTENTILLA foliis digitatis, caule repente, pe-^{reptans.}
dunculis unifloris. *Fl. suec. 418. Mat. med. 247.*

Potentilla foliis digitatis longitudinaliter patenti-ferratis,
caule repente. *Hort. cliff. 194. Gron virg. 163.*

Quinquefolium majus repens. *Bauh. pin. 325.*

Quinquefolium majus luteum. *Fuchs. hist. 624.*

Habitat in Europæ apricis argillosis. &

* *Foliis ternatis.*

18. POTENTILLA foliis ternatis, caule ramofo ere-^{monspeliensis}
cto, pedunculis supra genicula enatis. *Hort. ups.*

134. *

Pentaphylloides majus erectum, flore luteo. *Morif. hist.*

2. p. 193. f. t. 20. f. 2.

Pentaphylloides fragariaë folio. *Magn. monsp. 304.*

Fragaria sterilis alpina caulescens. *Boerb. lugdb. 1. p. 42.*

Habitat Monspeli. ☉

Foliola ovata, obtusa, obtuse & equaliter serrata.

19. POTENTILLA foliis ternatis, caule dichotomo, ^{norvegica.}
pedunculis axillaribus.

Potentilla foliis ternatis, caule corymboso erecto. *Fl.*
suec. 420.

Potentilla foliis ternatis incis, caule diffuso. *Fl. lapp.*
211. *Hort. cliff. 193. Roy. lugdb. 275.*

Quinquefolium hirsutum luteum paucioribus laciniis.
Læsel. pruss. 218. t. 70.

Habitat in Norvegiaë, Sueciaë, Borussiaë, Canadaë a-
gris. ☉

Foliola lanceolata, serrata, dentata.

20. POTENTILLA foliis ternatis incis subtus tomen-^{nivea.}
tosis, caule ascendente.

Fragaria sterilis, foliis subtus incanis, magno flore albo.
Vaill. paris. 55?

Habitat in Alpibus Lapponiaë, Sibiriaë.

Structura *P. vernæ*, sed folia *P. argentæ*, at terna &
latiora, magisque hirsuta, subtus tomentosa nivea. Co-
rolla lutea.

21. POTENTILLA foliis ternatis dentatis utrinque grandiflora,
subpilosis, caule erecto foliis longiore.

Potentilla foliis ternatis, petalis cordatis luteis. *Hall. helv.* 342. t. 6. f. 2.

Fragaria sterilis, amplissimo folio & flore, petalis cordatis. *Vaill. paris.* 55. t. 10. f. 1.

Habitat in Helvetia, Sibiria. ☉

Folia utraque pagina concoloria, nec inferiori argentea.

acaulis.

22. POTENTILLA foliis ternatis dentatis utrinque tomentosis, caule foliis brevior.

Potentilla foliis ternatis mollibus incanis, caulibus vix uncialibus. *Gmel. mss.*

Habitat in Sibiria. ♀

Folia ternata, rugosa, tomentosa, pilosa, coriacea, cuneiformia, dentata. Stipulæ latæ, acutæ, pilosæ. Caulis biflorus, s. Scapus sæpe uniflorus, petiolis brevior. Corolla maxima, lutea: petalis emarginatis, basi flavis. Stamina lutea.

TORMENTILLA.

erecta.

1. TORMENTILLA caule erecto.

Tormentilla. *Cam. epit.* 685. *Fl. lapp.* 213. *Fl. suec.* 421. *Mat. med.* 249. *Hort. cliff.* 194. *Roy. lugdb.* 276.

Tormentilla sylvestris. *Baub. pin.* 326.

Habitat in Europæ pascuis siccis. ♀

2. TORMENTILLA caule repente.

Pentaphyllum minus viride, flore aureo tetrapetalo, radículas in terram e geniculis dimittens. *Moris. hist.* 2. p. 190.

Pentaphyllum reptans alatum, foliis profundius ferratis.

Plot. oxf. 6. §. 7. t. 9. f. 5.

Habitat in Anglia. ♀

GEUM.

1. GEUM floribus erectis, fructu globofo: aristis uncinatis nudis, foliis ternatis. *Hort. cliff.* 195. *Gron. virg.* 56.

Caryophyllata virginiana, albo flore minore, radice inodora. *Herm. par.* III. t. III.

Habitat in Virginia. ♀

Folia caulina inferiora ternata, superiora simplicia; color corollæ albus, nec ut in sequenti luteus; Stipulæ integræ.

2. GE-

2. GEUM floribus erectis, fructu globoso: aristis uncinatis nudis, foliis lyratis. *Hort. cliff.* 195. *Fl. suec.* 423. *Mat. med.* 249. *Roy. lugdb.* 276.
 Caryophyllata vulgaris. *Baub. pin.* 321.
 Caryophyllata. *Dod. pempt.* 137.
Habitat in Europæ umbrosis. &
Folia radicalia lyrata in hac, & stipulae dentatae.
3. GEUM floribus nutantibus, fructu oblongo: aristis plumosis. *Hort. cliff.* 195. *Fl. suec.* 424. *Roy. lugdb.* 276.
Geum rivale. Fl. lapp. 216.
 Caryophyllata aquatica, nutante flore. *Baub. pin.* 321.
 Caryophyllata septentrionalium. *Lob. ic.* 694.
 β. Caryophyllata aquatica altera. *Baub. pin.* 322.
Habitat in Europæ pratis subhumidis. &
4. GEUM flore erecto solitario, fructu oblongo: aristis plumosis. *montanum.*
 Caryophyllata pinnis confertioribus extrema subrotunda, tubis rectis. *Hall. helv.* 336. *
 Caryophyllata alpina lutea. *Baub. pin.* 322.
 Caryophyllata montana. *Cam. epit.* 727.
 β. Caryophyllata alpina minor. *Baub. pin.* 322. *prodr.* 139.
 Caryophyllata alpina minima, flore aureo. *Barr. rar.* 588. *t.* 399.
Habitat in Alpibus Helvetiæ, Austriæ, Delphinatus. &
5. GEUM foliolis uniformibus incis: alternis minoribus, caule repente. *reptans.*
 Caryophyllata alpina, apii folio. *Baub. pin.* 322.
 Caryophyllata alpina tenuifolia incana, flore luteo longius radicata. *Barr. rar.* 589. 400. *Bocc. mus.* 160. *t.* 128.
Habitat in Helvetia & valle Basilionensi.

DRYAS.

1. DRYAS pentapetala, foliis pinnatis. *Amœn. acad.* 2. *Pentapetala.* *p.* 353. *
Habitat in Camschatka. &
2. DRYAS octopetala, foliis simplicibus. *octopetala.*
Dryas. Fl. lapp. 215. *Fl. suec.* 426. *Hort. cliff.* 195. *Roy. lugdb.* 279. *Hall. helv.* 335. *Segu. ver.* 512.
 Cha-

Chamædrys 3. f. montana. *Clus. hist.* 2. p. 351.
Habitat in Alpibus Lapponicis, Helveticis, Austriacis,
Sabaudicis, Hibernicis, Sibiricis. 2

COMARUM.

palustre.

1. COMARUM. *Fl. lapp.* 214. *Fl. suec.* 422. *Hort.*
cliff. 195. *Roy. lugdb.* 276. *Hall. helv.* 337.
 Quinquefolium palustre rubrum. *Bauh. pin.* 325.
 Pentaphyllum palustre. *Cord. hist.* 95.
Habitat in Europæ uliginosis. 2

Classis XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

MARCGRAVIA.

I. MARCGRAVIA.

umbellata.

Marcgravia scandens, fructu radiatim posito. *Pluk. gen. 7.*

Habitat in America calidiore. ♀

Folia alterna, petiolata, ovato-lanceolata, integerrima. Umbella simplex pedunculis numerosis, in orbem positis, aequalibus, horizontaliter patentibus. Flores ascendentes, nudi; corolla calyceque caducis. Discus umbellae constans glandulis nectariferis, sessilibus, saepius quinis, erectis, forma corollae ringentis, galeae s. supremi petali aconiti, ore ambitum respicientibus.

MORISONIA.

I. MORISONIA.

americana.

Morisonia arbor nucis juglandis folio, *Pluk. gen. 36.*

Habitat in America calidiore. ♀

Folia alterna, petiolata, ovata, obtusa.

BREYNIA.

I. BREYNIA foliis oblongo-ovalibus. *Roy. lugdb. 476. indica.*

Breynia elæagni foliis. *Plum. gen. 40. Breyn. ic. 13. t. 13.*

Ceratoniae affinis arbor siliquosa, oleae folio, flore tetrapetalo albido; siliqua tereti ventricosa. *Sloan. jam. 153. hist. 2. p. 60. Raj. dendr. 100.*

Habitat in America calidiore. ♀

CAPPARIS.

I. CAPPARIS aculeata. *Hort. cliff. 203. Mat. med. 259. spinosa.*

Roy. lugdb. 476.

Capparis spinosa, fructu minore, folio rotundo. *Baub. pin. 480.*

β. Capparis folio acuto. *Baub. pin. 480.*

Capparis sicula, duplicata spina, folio acuto. *Bocc. sic. 7. Cap- 79. t. 42. f. 3.*

1. *Capparis aculeis geminis, foliis ovatis utrinque acutis.*
*Fl. zeyl. 210. **

Habitat in Europæ australis arenosis, ruderatis. †

eynophallo-
phora.

2. *CAPPARIS inermis, foliis ovalibus alternis perennanti-*
bus. Hort. cliff. 204.

Habitat in America †

Badueca,

3. *CAPPARIS inermis, foliis ovato-oblongis determi-*
*nate confertis perennantibus. Hort. cliff. 204. **

Capparis arborescens indica Badueca dicta. Raj. hist.
1630.

Badueca. Rheed. mal. 6. p. 105. t. 57.

Habitat in India. †

ACTÆA.

spicata.

1. *ACTÆA racemo ovato, fructibusque baccatis.*

Actæa. Hort. cliff. 209. Fl. suec. 431. Hort. ups. 138.

Mat. med. 253. Roy. lugdb. 480. Dalib. paris. 152.

Actæa caule inermi. Fl. lapp. 217.

nigra.

Aconitum bacciferum. Baub. pin. 182.

Christophoriana. Clus. hist. 2. p. 86.

alba.

β. *Aconitum baccis niveis. Corn. canad. 76. t. 77.*

Christophoriana americana racemosa, baccis niveis &
rubris. Moris. hist. 2. p. 8. f. 1. t. 2. f. 7.

Habitat in nemoribus Europæ; β. Americæ. †

Petala rhombea, plano-membranacea.

racemosa.

2. *ACTÆA racemis longissimis, fructibus unicapulari-*
bus.

Actæa racemis longissimis. Gron. virg. 59. Mat. med. 253.

Christophoriana americana procerior & longius spicata.

Hort. elth. 79. t. 67. f. 78.

Christophoriana facie herba spicata. Amalth. 54. t.
383. f. 3.

Habitat in Florida, Virginia, Canada. †

Petala crassa, gibba, minima, pedicellata, acumine se-
taceo acuminata, calycis foliolis plura.

cimicifuga.

3. *ACTÆA racemis paniculatis, fructibus quadricapsu-*
laribus.

*Cimicifuga: Amœn. acad. 2. p. 354. **

Thaliætroides foetidissimum, christophoriana facie. Amm.
ruth. 102.

Habitat in Sibiria D. Krasbenninnikof. †

Petala 4. subrotunda, calyce majora, teneriora. Styli 4.

BOCCONIA

1. BOCCONIA.

frutescens. 1

Bocconia ramosa, sphondylii folio tomentoso. *Plum.*
gen. 55.

Chelidonium majus arboreum, foliis quercinis. *Sloan.*
jam. 82. *hist.* 1. p. 195. t. 125.

Habitat in Jamaica, Mexico. †

SANGUINARIA.

1. SANGUINARIA. *Hort. cliff.* 202. *Gron. virg.* 57. *canadensis.*

Sanguinaria minor, flore simplici. *Dill. elth.* 335. t.
252. f. 326.

Chelidonium majus canadense acaulon. *Corn. canad.*
212. *Morif. hist.* 2. p. 257. f. 3. t. 11. f. 1. *Raj.*
hist. 1887.

β. Sanguinaria major, flore simplici. *Dill. elth.* 335. t.
252. f. 325.

γ. Sanguinaria major, flore pleno. *Dill. elth.* 335. t. 252.
f. 326.

Habitat in America septentrionali. †

PODOPHYLLUM.

1. PODOPHYLLUM foliis peltatis lobatis.

peltatum.

Podophyllum. *Hort. cliff.* 202. *Hort. ups.* 137. *Gron.*
virg. 57. *Roy. lugdb.* 480.

Anapodophyllum canadense. *Catesb. car.* 1. p. 24. t. 24.

Aconitifolia humilis, flore albo unico campanulato, fru-
ctu cynosbati. *Mentz. pug.* t. 11.

Habitat in America septentrionali. †

2. PODOPHYLLUM foliis binatis semicordatis.

diphyllum.

Habitat in Virginia. *Collinson.* †

Folia radicalia, petiolata, binata ut in *Hymenea*, gla-
bra, integerrima, semicordata, absque pedicellis. Sca-
pus radicalis, uniflorus, fructu antecedentis. Flos mi-
hi non visus.

CHELIDONIUM.

1. CHELIDONIUM pedunculis umbellatis.

majus.

Chelidonium pedunculis multifloris umbellatis. *Hort.*
cliff. 201. *Fl. succ.* 430. *Hort. ups.* 137. *Mat. med.* 252.

Roy. lugdb. 478. *Dalib. paris.* 152.

Chelidonium majus vulgare. *Bauh. pin.* 144.

Chelidonium majus. *Fuchf. hist.* 865.

- β. *Chelidonium majus*, foliis quernis. *Baub. pin.* 144.
Chelidonium majus, folio laciniato. *Clus. hist.* 2. p. 203.
Habitat in Europæ ruderatis. ☿

- Glaucium.* 2. **CHELIDONIUM** pedunculis unifloris, foliis amplexicaulibus sinuatis, caule glabro,
Chelidonium glabrum, pedunculis unifloris. *Hort. ups.* 137. *Ray. lugdb.* 478. *Dalib. paris.* 152.
Chelidonium pedunculis unifloris. *Hort. cliff.* 201. *Gron. virg.* 57.
Papaver corniculatum luteum. *Baub. pin.* 171.
Papaver corniculatum, flavo flore. *Clus. hist.* 2. p. 91.
Habitat in Angliæ, Helvetiæ, Galliæ, Italiæ, Virginæ arenosis. ☉

- corniculatum.* 3. **CHELIDONIUM** pedunculis unifloris, foliis sessilibus pinnatifidis, caule hispido.
Chelidonium hispidum, pedunculis unifloris. *Hort. ups.* 137. *Sauv. monsp.* 286.
Glaucium hirsutum, flore phoeniceo. *Tournef. inst.* 254.
Papaver cornutum, phoeniceo flore. *Clus. hist.* 2. p. 91.
Habitat in Hungaria, Bohemia, Monspelii. ☉

- hybridum.* 4. **CHELIDONIUM** pedunculis unifloris, foliis pinnatifidis linearibus, caule lævi.
Papaver caule ramoso, foliis linearibus pinnatifidis, capsulis sulcatis. *Hort. ups.* 136. *Sauv. monsp.* 252.
Papaver corniculatum violaceum. *Baub. pin.* 172.
Papaver corniculatum, violaceo flore. *Clus. hist.* 2. p. 92.
Habitat in Europa australiore. ☉
Stigmata 4.

PAPAYER.

* *Capsulis hispidis.*

- hybridum.* 1. **PAPAYER** capsulis subglobosis torosis hispidis, caule folioso multifloro.
Papaver foliis ternato-pinnatifidis, capsulis sulcatis hispidis. *Hort. cliff.* 201.
Papaver caule ramoso, foliis lineari-pinnatifidis, capsulis sulcatis hispidis. *Hort. ups.* 136.
Argemone capitulo brevior. *Baub. pin.* 172.
Argemone capitulo hirsuto rotundo torulis canaliculato. *Moris. hist.* 2. p. 278. f. 3. t. 14. f. 9. *Lob. ic.* 276.
Habitat in Europa australiore. ☉
- Argemone.* 2. **PAPAYER** capsulis clavatis hispidis, caule folioso multifloro. Papa-

Papaver capsulis hispidis oblongo-turbinatis fulcatis. *Fl. succ.* 429. *Dalib. paris.* 152.

Papaver foliis ternato-pinnatis, fructu angulato. *Hort. cliff.* 201. *Roy. lugdb.* 419. *Sauv. monsp.* 252.

Argemone capitulo longiore. *Baub. pin.* 172. *Lob. ic.* 276.

Argemone capitulo tenuiore longiore hirsuto. *Moris. hist.* 2. p. 278. f. 3. t. 14. f. 10.

Habitat in Europæ campis arenosis. ☉

3. PAPAVER capsula hispida, scapo unifloro nudo hi-^{alpinum,}
spido, foliis bipinnatis.

Papaver perenne, pilis rigidissimis, foliis pinnatis, flore luteo hirsuto. *Hall. helv.* 304.

Papaver alpinum saxatile, coriandri folio. *Segu. ver.* 1. p. 416. t. 4. f. 4.

Argemone alpina, foliis scandicis, lutea. *Baub. pin.* 172. *prodr.* 93. *Burs. IX:* 58.

Argemone alpina, coriandri folio. *Baub. pin.* 172.

Argemone minor penæ. *Dalech. hist.* 1714.

Habitat in Helvetia, Sneeberg Austriae. ☿

Flores plantæ *Burserianæ* apud *C. Bauhinum* albi erant, nec lutei, asserente *Bursero.*

4. PAPAVER capsulis hispidis, scapo unifloro nudo hi-^{nudicaule,}
spido, foliis simplicibus pinnato-sinuatis. *Hort. ups.* 136.

Papaver erraticum nudicaule, flore flavo odorato. *Dill. elth.* 302. t. 224. f. 291.

Papaver erraticum, luteo flore, capite oblongo hispido. *Amm. ruth.* 61. n. 81.

Habitat in Sibiria. ♂

Stipulæ 8 ad 9.

* *Capsulis glabris.*

5. PAPAVER capsulis glabris globosis, caule piloso mul-^{Rheas.}
tifloro, foliis pinnatifidis incis. *Rheas.*

Papaver foliis pinnatifidis hispidis, fructu ovato, *Hort. cliff.* 201. *Fl. succ.* 428. *Hall. helv.* 303. *Mat. med.* 251. *Roy. lugdb.* 478. *Dalib. paris.* 151.

Papaver caule multifloro folioso hispido, foliis pinnatifidis, capsulis lævibus. *Hort. ups.* 136. *Sauv. monsp.* 252.

Papaver erraticum majus. *Baub. pin.* 171.

Papaver rheas prius. *Dalech. hist.* 439.

β. Papaver erraticum, pleno flore. *Baub. pin.* 171.

γ. Papaver erraticum minus, *Baub. pin.* 171.

Habitat in Europæ arvis, agris. ☉

- omniferum.* 6. PAPAVER calycibus capsulisque glabris, foliis amplexicaulibus incis. Papaver caule multifloro, foliis simplicibus glabris incis. caulinis. *Hort. ups.* 135. *Mat. med.* 250. Papaver foliis simplicibus glabris incis. *Hort. cliff.* 200. *Hall. belv.* 303. *Roy. lugdb.* 879. Papaver hortense, semine albo. *Bauh. pin.* 170. β. Papaver hortense, semine nigro. *Bauh. pin.* 170. γ. Papaver cristatum, floribus & semine album. *Bauh. pin.* 171. δ. Papaver cristatum, floribus rubris, semine nigro. *Bauh. pin.* 171. ε. Papaver, flore pleno, album. *Bauh. pin.* 171. *Habitat in Europæ australioris ruderatis.* ☉ *Caulis, Folia, Calyces, Capsule glabra. Stigmata* 10.
- cambricum* 7. PAPAVER capsulis glabris oblongis, caule multifloro lævi, foliis pinnatis incis. Papaver foliis pinnatis, fructu acuminato. *Hort. cliff.* 201. *Roy. lugdb.* 479. Papaver cambricum perenne, flore sulphureo. *Dill. elth.* 300. *t.* 223. *f.* 290. Argemone cambro-britannica lutea, capite longiore glabro. *Moris. hist.* 2. *p.* 297. *f.* 3. *t.* 14. *f.* 12. Papaver erraticum pyrenaicum, flore flavo. *Bauh. pin.* 171. *prodr.* 92. *Burs. IX:* 45. *Habitat in Cambriæ septentrionalis nemorosis.* ☿ *Stigmata* 5, *f.* 6, *distincta. Capsula oblonga, inferne angustior.*
- orientale.* 8. PAPAVER capsulis glabris, caulibus unifloris scabris foliosis, foliis pinnatis ferratis. *Hort. ups.* 136. Papaver foliis pinnatis, fructu globoso. *Roy. lugdb.* 279. Papaver orientale hirsutissimum, flore magno, *Tournef. cor.* 17. *itin.* 3. *p.* 127. *t.* 127. *Comm. rar.* 34. *t.* 34. *Habitat in Oriente* ☉ *Stigmata* 16. *Setæ in caule sparse, cauli adpressæ, basi prominula asperæ. Capsula hispida.*

ARGEMONE.

- mexicana.* i. ARGEMONE capsulis quinquevalvibus, foliis spinosis. Argemone. *Hort. cliff.* 201. *Hort. ups.* 135. *Roy. lugdb.* 479. Papaver spinosum. *Bauh. pin.* 171. *prodr.* 93. *t.* 92. *Clus. hist.* 2. *p.* 93.

Papaver spinosum luteum, foliis albis venis notatis.

Morif. hist. 2. p. 277. f. 3. t. 14. f. 5.

Habitat in Mexico, Jamaica, Caribæis, nunc in Europa australi. ♂

2. ARGÉMONE capsulis trivalvibus.

armeniaca.

Papaver orientale, hypecoi folio, fructu minimo. *Tournef. cor. 17.*

Habitat in Armenia.

3. ARGÉMONE capsulis quadrivalvibus, caule nudo. *pyrenaica.*

Habitat in Pyrenæis. *Tournefort.*

Hæc semiquadrivalvis, uti species secunda semitri-
valvis, & prima semiquinquevalvis; Hæ species vel
sub distincto genere simul tradendæ vel etjam ad
genus papaverinum amandandæ omnes. Hujus habitus
plurimum accedit Papaveri alpino.

MUNTINGIA.

1. MUNTINGIA.

Calabura.

Muntingia pedunculis unifloris. *Hort. cliff. 203. **

Muntingia folio sericeo molli, fructu majori. *Plum. gen. 41.*

Mespilus americana, alni vel coryli foliis, fructu mu-
cilaginoso albo. *Comm. hort. 1. p. 155. t. 80.*

Calabura alba. *Pluk. alm. 75. mant. 34. t. 154. f. 4.*

Loti arboris folio angustiore, rubi flore, fructu polysper-
mo umbilicato. *Sloan. jam. 162. hist. 2. p. 80. t. 194. f. 1. Raj. dendr. 32.*

Habitat in Jamaica. ♀

CLUSIA.

1. CLUSIA foliis aveniis.

major.

Clusia flore albo, fructu coccineo. *Plum. gen. 21.*

Cenchramidea arbor laxis adnascens, obrotundo pingui
folio, fructu pomiformi. *Pluk. alm. 92. t. 157. f. 2.*

Terebinthus folio singulari non alato rotundo succu-
lento, flore pallide luteo. *Sloan. jam. 167. hist. 2. p. 97. t. 200. f. 1. Raj. dendr. 51.*

β. Clusia flore roseo major, fructu subviridi. *Plum. gen. 21.*

γ. Clusia alia minor: flore albo, fructu virescente. *Plum. gen. 21.*

Habitat in Jamaica & Caribæatum apricis. ♀

Arbor foliis oppositis, obverse ovatis, in petiolos desinen-
tibus, integerrimis. Pedunculi axillares, sæpius triflori.

2. CLU-

minor.

2. **CLUSIA** foliis venosis,
Clussa, flore roseo, minor, fructu flavescente, *Plum.*
gen. 21.
Habitat in America meridionali. †
Arbor foliis venosis. Racemus florum terminalis.

SARRACENIA.

purpurea.

1. **SARRACENIA** foliis gibbis. *Hort. cliff.* 427. *Gron.*
virg. 164.
Sarracena foliis brevioribus latioribus. *Catesb. car.* 2.
p. 70. *t.* 70.
Coilophyllum virginianum, brevior folio, flore purpu-
rascente. *Morif. hist.* 3. *p.* 533.
Bucanephyllum americanum, limonio congener dictum.
Pluk. alm. 71. *amalth.* 46. *t.* 376. *f.* 6.
Limonium peregrinum, foliis forma floris aristolochiæ.
Baub. pin. 192.
Habitat in Americæ septentrionalis undis. †

flava.

2. **SARRACENIA** foliis strictis.
Sarracena foliis rectis. *Hort. cliff.* 497. *Gron. virg.* 164.
Sarracena foliis longioribus & angustioribus. *Catesb. car.*
2. *p.* 69. *t.* 69.
Coilophyllum virginianum, longiore folio erecto, flore
luteo. *Morif. hist.* 3. *p.* 533.
Bucanephyllum elatius virginianum f. Limonio conge-
neris altera species elatior, foliis triplo longioribus.
Pluk. alm. 72. *amalth.* 46. *t.* 152. *f.* 3. (*mala*) *t.*
376. *f.* 5. *bona.*
Thuris limpidi folium. *Baub. hist.* 1. *p.* 307. *Dalech.*
hist. 1754. *Lob. adv.* 430.
Habitat in Americæ septentrionalis undis. †

NYMPHÆA.

lutea.

1. **NYMPHÆA** calice magno pentaphyllo. *Fl. lapp.* 218.
Fl. suec. 426. *Hort. cliff.* 203. *Mat. med.* 258. *Roy.*
lugdb. 480. *Dalib. paris.* 150.
Nymphæa lutea major. *Baub. pin.* 193.
Nymphæa lutea. *Cam. epit.* 635.
Habitat ad Europæ littora sub dulci aqua. †
In Canada eadem floris magnitudine vix Caltbæ. Kalm.

alba.

2. **NYMPHÆA** foliis cordatis integerrimis, calyce qua-
drifido.
Nymphæa calyce tetraphyllo, corolla multiplici. *Fl.*
lapp.

lapp. 219. *Fl. suec.* 427. *Hort. cliff* 203. *Roy. lugdb.* 480. *Dalib. paris.* 150.

Nymphæa alba major. *Baub. pin.* 193.

Nymphæa alba. *Cam. epit.* 634.

Habitat in Europæ & Americæ aquis dulcibus. &

3. NYMPHÆA foliis cordatis dentatis. *Fl. zeyl.* 194.* *Lotus.*

Nymphæa indica, flore candido, folio in ambitu ferrato.

Sloan. jam. 120. *hist.* 1. p. 252. *Raj. suppl.* 630.

Lotus ægyptia. *Alp. ægypt.* 103. *exot.* 214. t. 213. 216. 218. 220. 222. 226.

Ambel. *Rheed. mal.* 11. p. 51. t. 26.

Habitat in calidis Indiæ, Africae, Americæ. &

4. NYMPHÆA foliis undique integris. *Hort. cliff.* 203. *Nelumbo.*

Fl. zeyl. 193.

Nymphæa indica, *Faba ægyptia dicta,* flore incarnato.

Herm. par. 205. t. 205.

Nymphæa fabifera, indiæ paludibus gaudens, foliis umbilicatis amplis, pediculis spinosis, flore roseo purpureo. *Pluk. alm.* 267. t. 207. f. 5. & t. 322. f. 1. opt.

Tamara. *Rheed. mal.* 11. p. 59. t. 30.

Bem-Tamara. *Rheed. mal.* 11. p. 61. t. 31. *Raj. suppl.* 632.

β. *Nymphææ affinis glandifera virginiana,* umbilicato folio, flore luteo pleno. *Moris. hist.* 3. p. 514. *Raj. suppl.* 632.

Habitat in Indiis. &

Varietas β. differt seminibus duris, in reliquis convenit ut vix distinguenda videatur.

BOMBAX.

1. BOMBAX foliis digitatis, caule aculeato.

Xylon foliis digitatis, caule aculeato. *Fl. zeyl.* 221 *Hort. ups.* 148. *Ceiba.*

Xylon caule aculeato. *Hort. cliff.* 75. *Roy. lugdb.* 437.

Gossypium arboreum, caule spinoso. *Baub. pin.* 430.

Moul-elavou. *Rheed. mal.* 3. p. 61. t. 52.

Habitat in India utraque. †

2. BOMBAX foliis digitatis, caule inermi.

Xylon foliis digitatis, caule inermi. *Fl. zeyl.* 220. *Hort. ups.* 148. *pentandrum.*

Xylon caule inermi. *Hort. cliff.* 175. *Roy. lugdb.* 437.

Gossypium javanense, salicis folio. *Baub. pin.* 430.

Ponja. *Rheed. mal.* 3. p. 59. t. 49. 50. f. 51.

Habitat in Indiis. †

3. BOM-

religiosa.

3. BOMBAX foliis quinquelobis acuminatis subtus tomentosis (Xylon). *Fl. zeyl.* 222. *
Gossypium frutescens annuum, folio vitis ampliori quinquefido. *Pluk. alm.* 172. t. 188. f. 2.
Habitat in India. †

BIXA.

Orellana.

1. BIXA. *Hort. cliff.* 211. *Mat. med.* 266. *Roy. lugdb.* 477.
Orleana f. Orellana folliculis lappaceis. *Pluk. alm.* 272. t. 209. f. 4. *Comm. hort.* 1. p. 65. f. 33.
Arbor mexiocana, fructu castaneæ, coccifera. *Bauh. pin.* 419.
Urucu. *Sloan. jam.* 150. *hist.* 2. p. 52. t. 181. f. 1.
Habitat in America calidiore. †

SLOANEA.

dentata.

1. SLOANEA foliis cordato-ovatis denticulatis, stipulis ferratis.
Sloanea amplis castaneæ foliis, fructu echinato. *Plum. gen.* 49.
Apeiba. *Marcgr. bras.* 123. t. 123. *Raj. hist.* 1643.
Habitat in America meridionali. †

emarginata.

2. SLOANEA foliis oblongis integerrimis emarginatis. Anona foliis laurinis in summitate incisus, fructu compresso scabro fusco in medio acumine longo. *Catesb. car.* 2. p. 87. t. 87.
Habitat in Carolina. †

MAMMEA.

americana.

1. MAMMEA staminibus flore brevioribus.
Mammei magno fructu, persicæ sapore. *Plum. gen.* 44.
Mamay. *Bauh. hist.* 1. p. 172. *Dalech. hist.* 1836. *Laet. amer.* 356.
Malus persica maxima, foliis rotundis splendidibus glabris, fructu maximo scabro rugoso. *Sloan. jam.* 179. *hist.* 2. p. 123. t. 217. f. 3.
Arbor indica Mammei dicta. *Bauh. pin.* 417. *Raj. hist.* 1665.
Habitat in Hispaniola, Jamaica. †
Rami sabri; Folia oblonga, obtusa.

asiatica.

2. MAMMEA staminibus flore longioribus.
Habitat in Java. *Osbeck.* †

Arbor magna, sæpius procumbens. Folia pedalia, obovata s. oblonga, lævia. Pedunculi uniflori. Calyx ovatus, bipartitus. Petala 4, ovata, calyce triplo longiora, brevi decidua, cum Stamina corolla duplo longioribus, numerosis, subulatis, erectis. Antheræ subrotundæ, minimæ. Fructus tetragonus.

OCHNA.

1. OCHNA. *Fl. zeyl.* 209. * *Jabotapita.*
 Jabotapita cinnamomi folio, floribus spicatis. *Burm. zeyl.* 123. t. 56.
 β. Arbor africana, subrotundo folio margine denticulis acutis aspero, floribus pentapetalis atropurpureis. *Pluk. alm.* 41. t. 263. f. 1. 2.
 γ. Jabotapita. *Marcgr. bras.* 101. *Raj. hist.* 1632.
 Jabotapita pyramidato flore luteo, fructu rubro. *Plum. gen.* 42.
Habitat in India, β. in Africa, γ. in America.
Racemi persistent squarrosi infra folia a casu pedicellorum & fructificationum.

CHRYSOBALANUS.

1. CHRYSOBALANUS. *Icaco.*
